



1.

INCIPIT
PROLOGUS
LIBRI LECTI
ONARII · S HIE
RONIMI MIS
SUS AD CONSTAN
TIU CONSTAN
TINOPOLITA
NU EPISCOPU



UAM


QUAM

LICENTER

ASSUMATUR IN OPE
RE CONGREGATIO CAELESTI
um lectionum · & ipsum opusculum
ab ęcclesiasticis uiris comes quidem so
leat appellari · quod duobus modis fie
ri arbitror · aut pro consuetudine uni
us cuiusque aecclesię · secundum quod et
uarium hoc ipsum descriptionis genus
esse dinoscitur · aut certe pro uoluntate
studiosi lectoris · quia si fieri possit · quic
quid in scripturis diuinis mirabiliter ful
get · quicquid in pręceptis moralibus co
piosum est · totum paruo in corpore ad
unatum habere desiderant paupertatis ne
cessitate · ego tamen iuuante xpo ut potui ·
& maxime occasione oblata · quia id fieri a
me uoluisti constanti uenerabilis mihi fra
ter · ita hoc opus & si minus instructus as
sumpsi · ut tanta excerptorum permixtio

intellegentię caput causamq; rationabilem
habere uideatur· Nam cum omnis scriptu
ra diuinitus inspirata· ut ait apostolus· uti
lis sit ad docendum· ad erudiendum ad iu
stitiam· ut perfectus sit homo dī· ad omne
opus bonum instructus· & quęcumq; sunt
hactenus scripta· ad nr̄am doctrinam
scripta sunt· ut per patientiam et conso
lationem scripturarum spem habeamus· Qͥd
breuius· quid utilius censui· quam ex tan
ta diuinorum librorum copia· singulis fe
stiuitatibus· quod aptum ex his uel compe
tens ess& excerperem· & quodammodo di
stinctissime collocarem· Incipiens itaq; a
natiuitate xp̄i· quod est VIII kł ian̄· in
uigiliis ad nonam· per ordinem quem assi
due in ecclesia didiceram· lectiones utrius
q; testamenti· Simplicibus ministraui· Por
ro editione illa quam ex hebraicis uolumi

nibus· in latinum translatam esse constat·
In hunc quippe modum· quę uel cuiusq;
prophetę lectio presenti festiuitati congru
at· Quid apostoli doceant· Vel ad eundē
titulum quid euangelii adnuntiet aucto
ritas· Dudum uertente iam anno per omīs
dies festos ecclesię· oportune censui omnia
secundum tempus esse legenda·
Sed et nonnulla alia ędificationis causa
illic aggregata sunt· atq; suis appellationi
bus sunt inserta· I dest· in capite quadrage
simę de abstinentia aescarum· Et sobrie
tate· Item in quadragesima de poeniten
tia· de pudicitia· de remissione inimici
tiarum· Vel alia multa· Haec enim
omnia ob multorum equidem utilitatē
petitionibus tuis oboediens scribere
curaui· Venerabilis mihi et amantissime
frater·



IN XPI

NOMINE·IN

CIPIUNTLE

CTIONES P

CIRCULUANNI·

INVIGILIA

NATAL·DNI·


LECTIO ISA
IE PPHETE
HEC DIC
DNS
PRO
PTER SY
ON NON
TACEBO

ET PROPTER
HIERUSALEM NON QUIESCAM·
Donec egrediatur ut splendor iu
stus eius· et saluator eius ut lampas ac
cendatur· Et uidebunt gentes iu
stum tuum· et cuncti reges inclytum
tuum· Et uocabitur tibi nomen
nouum· quod os dni nominauit·
Et eris corona gloriae in manu dni· et
diadema regni in manu di tui·
Non uocaberis ultra derelicta· et terra
tua non uocabitur amplius desolata·
Sed uocaberis uoluntas mea in ea· et ter
ra tua inhabitabitur· quia complacu
it dno in te·

ITEM ALIA UNDE SUPRA·
LECTIO EPISTOLAE
BEATI PAULI APOSTO
LI AD ROMANOS:

FRATRES.

PAULUS SERVUS IHU XPI. VOCATUS APOSTOLUS. segregatus in euangeliu di. Quod ante promiserat per prophetas suos In scripturis scis de filio suo. qui factus est ei ex semine dauid. secundum carnem. Qui prędestinatus est filius di In uirtute. Secundum spm scificationis. Ex resurrectione mortuorum. IHV XPI DNI NRI. Per quem accepimus gratiā & apostolatum. ad oboediendum fidei In omnibus gentibus. pro nomine eius. In quibus estis & uos uocati. IHV XPI. DNI NRI.

IN PRIMO GALLICINIO. STATIO AD SANCTAM MARIAM.

LECTIO ISAIAE PROPHETAE

HAEC DICIT DNS.

POPULUS GENTIUM QUI AMbulabat in tenebris. uidit lucem magnam. Habitantibus in regione umbrae mortis. lux orta est eis. Paruulus enim natus est nobis. filius datus est nobis. Et factus est principatus eius super humerum eius. & uocabitur nomen eius admirabilis. Consiliarius. ds. fortis. Pater futuri sęculi. Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium. & pacis non erit finis. Super solium dauid. & super regnum eius. Ut confirmet illud. & corroboret in iudicio & iustitia. Amodo. & usq; in sempiternum.

ITEM ALIA UNDE SUPRA.

LECTIO EPISTOLAE BEATI PAULI APTI AD TITUM. KARISSIME.

APPARUIT GRATIA SAL
VATORIS OMNIBUS HOMINIBUS.
Erudiens nos· ut abnegantes impi
etatem et secularia desideria· Sobrie & iu
ste· et pie uiuamus in hoc seculo· Expe
ctantes beatam spem· & aduentum glo
riae magni di· & saluatoris nostri ihu
xpi· Qui dedit semetipsum pro nobis· ut
nos redimeret ab omni iniquitate· &
mundaret sibi populum acceptabilem·
Sectatorem bonorum operum· Haec
loquere & exhortare· IN XPO IHC OY·
DNO NRO· UNDE SUPRA

LECTIO ESAIAE PROPHETAE

SPS DNI SUPER ME· EO
QUOD UNXERIT ME· AD AD
nuntiandum mansuetis misit me·
Ut mederer contritos corde· & prae

dicarem captiuis indulgentiam · & clausis apertionem · Ut praedicarem annum placabilem dni · & diem ultionis do nro · Ut consolarer omnes lugentes · & ponerem fortitudinem lugentibus syon · Et darem eis coronam pro cinere · oleum gaudii pro luctu · palliū laudis · pro spū moeroris · Et uocabuntur in ea fortes iustitię · plantatio dni ad glorificandum · Ecce dns auditum fecit · In extremis terrae · Dicite filię syon · Ecce saluator tuus uenit · Ecce merces eius cum eo · & opus illius corā illo · Et uocabunt eos populus scs · Redempti a dno do nostro · ITEM ALIA

LECTIO EPISTOLAE BEATI PAULI APTI AD TITUM · KARISSIMI ·

APPARUIT BENIGNITAS ET HUMANITAS · SALUATORIS

nostri di· Non ex operibus iustitię quę
fecimus nos· sed secundum suam miseri
cordiam saluos nos fecit· Per lauacrū
regenerationis & renouationis sps sci·
Quem effudit in nos abunde· per ihm
xpm saluatorem nostrum· Ut iustifi
cati gratia ipsius· heredes simus secun
dum spem uitę aeternę· In xpo ihu·
dno nro·

IN DIE NATALIS DNI·
LECTIO ISAIAE PROPHETAE
HAEC DICIT DNS·

PROPTER
HOC SCIET POPULUS MEUS
nomen meum in die illa· quia
ego ipse qui loquebar· ecce assum·
Quam pulchri supra montes pedes ad
nuntiantis & praedicantis pacem· adnun

tiantis bonum · praedicantis salutem · dicentis · Sion · Regnavit ds tuus · Uox speculatorum tuorum levaverunt vocem · simul laudabunt · quia oculo ad oculum videbunt · cum converterit dns sion · Gaudete & laudate simul deserta hierusalem · quia consolatus est dns populum suum · Et videbunt omnes fines terrae · Salutare di ·

ITEM ALIA UNDE SUPRA ·
LECTIO EPISTOLAE BEATI PAULI APOSTOLI AD HEBREOS ·

FRA TRES ·



MULTIFARIAM MUL
TIS Q MODIS · OLIM DS LOQUENS
patribus in prophetis · nouissime diebus
istis locutus est nobis in filio · quem con
stituit heredem uniuersorum · per quē
fecit & secula · Qui cum sit splendor glo
riae · & figura substantię eius · portansq
omnia uerbo uirtutis suę · purgationem
peccatorum faciens · Sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis · Tanto melior an
gelis effectus · quanto differentius prę illis
nomen hereditauit · Cui enim aliquan
do dixit angelorum · filius meus es tu ·
ego hodie genui te · Et rursum · Ego
ero illi in patrem · & ipse erit mihi in fi
lium · Et cum iterum introducit pri
mogenitum In orbem terrae dicit · Et
adorent eum · omnes angeli di · Ad an
gelos quidem dicit · Qui facit ange

los suos sp̄s. & ministros suos flammam
ignis. Ad filium autem. Thronus tuus
d̄s in sęculum sęculi. & uirga ęquitatis.
uirga regni tui. Dilexisti iustitiam. &
odisti iniquitatem. propterea unxit
te d̄s. d̄s tuus. oleo exultationis. prae
participibus tuis. Et tu in principio
d̄ne terram fundasti. & opera manuū
tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt.
tu autem permanebis. Et omnes ut ue
stimentum ueterescent. et uelut ami
ctum mutabis eos. & mutabuntur.
Tu autem idem ipse es. & anni tui non
deficient.

IN NATALI SC̄I STEPHANI PROTOMARTYR
LECTIO ACTUUM APOSTOLORŪ.
IN DIEBUS ILLIS.
STEPHANUS PLENUS GRATIA
& fortitudine. faciebat prodigia &

signa magna in populo · Surrexerunt
autem quidam de synagoga quę ap
pellabatur lybertinorum · & cyrenen
sium · & alexandrinorum · & eorum qui
erant a cilicia & asia · disputantes cum
Stephano · Et non potuerunt resistere
sapientię · & spu̅i qui loquebatur · Au
dientes autem haec · dissecabantur
cordibus suis · & stridebant dentibus
in eum · Cum autem esset Stephanus
plenus spu̅ sc̅o · intendens in cęlum · ui
dit gloriam d̅i · & ih̅m stantem a dex
tris & ait · Ecce uideo celos apertos ·
& filium hominis stantem a dextris uir
tutis d̅i · Exclamantes autem uoce
magna · continuerunt aures suas · & im
petum fecerunt unanimiter in eum ·
Et eicientes eum extra ciuitatem · lapi
dabant · Et testes deposuerunt uesti

menta sua secus pedes adolescentis· qui
uocabatur saulus· Et lapidabant ste
phanum· inuocantem et dicentem·
Dne ihu· suscipe spm meum· Positis autem
genibus· clamabat uoce magna dicens·
Dne· ne statuas illis hoc peccatum· Et
cum hoc dixisset· obdormiuit·

IN NATALE SCI IOHANNIS EUAN
GELISTAE AD PRIOREM MISSAM·
LECT· EP· B· P· A· AD EFFESIOS· FRS·

BENEDICTUS DS ET
PATER DNI NRI IHU XPI·
Qui benedixit nos omni benedi
ctione spiritali· in cęlestibus in xpo·
Sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem· Ut essemus sci et imma
culati in conspectu eius· In caritate·
Qui praedestinauit nos in adoptionem
filiorum· per ihm xpm in ipsum· secun

dum propositum uoluntatis suę· In
laudem gloriae gratiae suae· In qua
gratificauit nos in dilecto filio suo· In
quo habemus redemptionem· per san
guinem eius· Remissionem peccatorū·
Secundum diuitias gratiae suae· quę su
per abundant in nobis· Per IHM XPM·
dnm nostrum·

ITEM ALIA UNDE SUPRA·
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE



QUI TIMET DEUM·
FACIT BONA· ET QUI CON
tinens est iustitiae· appraehendet
illam· & obuiabit illi quasi mater ho
norificata· Cibabit illum pane uitae
& intellectus· & aqua sapientiae saluta
ris potabit eum· Et firmabitur in illo
& non flectetur· & continebit illum &
non confundetur· & exaltabit illum a

pud proximos suos. In medio eccle
siae aperuit os eius. et impleuit eum
spu sapientiae et intellectus. et stolam
gloriae induit eum. Iocunditatem et
exultationem. thesaurizauit super
eum. Et nomine aeterno. hereditaui
uit illum. IN NATALE INNOCENTU.

LECT. LIBRI APOCALYPSIS IOHAN
NIS APOSTOLI.

IN DIEBUS ILLIS.
VIDI SUPRA MONTEM
SION AGNUM STANTEM. ET
cum eo centum quadraginta quattu
or milia. habentes nomen eius. et no
men patris eius. scriptum in frontibus
suis. Et audiui uocem de caelo. tamquā
uocem aquarum multarum. Et uocē
quam audiui. sicut cytharedorum.
cytharizantium in cytharis suis. Et

cantabant quasi canticum nouum · ante sedem & ante quatuor animalia · & seniores · Et nemo poterat dicere canticum · nisi illa centum quadraginta quatuor milia · qui empti sunt de terra · Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati · uirgines enim sunt · Hi secuntur agnum · quocumq; ierit · Hi empti sunt ex hominibus · primitiae dō & agno · Et in ore ipsorum · non est inuentum mendacium · Sine macula sunt · ante thronum dī · OCTAVA DNĪ · AD S · MARIAM :

LECTIO EPISTOLAE BEATI PAULI APTI · AD GALATAS · FRATRES ·

PRIUS QUAM UENIRET FIDES · SUB LEGE CUSTODIEbamur · conclusi in eam fidem · quae reuelanda erat · Itaq; lex pedagogus nr̄ fuit in xp̄o ihū · ut ex fide iustificemur ·

At ubi uenit fides· iam non sub pedago
go sumus· Omnes enim filii di estis· per
fidem que est in xpo ihu· Qui cumque
enim in xpo baptizati estis· xpm indui
stis· Non est iudeus· neque grecus· non est
seruus neque liber· Non est masculus neque
femina· Omnes enim uos unum estis· in
xpo ihu· Si autem uos xpi· ergo abrahe
semen estis· secundum promissionem he
redes· Dico autem· Quanto tempore
heres paruulus est· nihil differt a ser
uo· cum sit dominus omnium· Sed sub
tutoribus est & actoribus· usque ad pre
finitum tempus a patre·

DOMINICA· I· POST NATALE DNI·



LEC· EP· B· P· A· AD GALATAS· FRS·

QUANTO TEMPORE HE
RES PARUULUS EST· NIHIL
differt a seruo· cum sit dominus

omnium· Sed sub tutoribus & actori
bus est· usq; ad praefinitum tempus a
patre· Ita & nos cum essemus paruuli·
sub elementis mundi eramus seruien
tes· At ubi uenit plenitudo temporis·
misit ds filium suum· natum ex mulie
re· factum sub lege· ut eos qui sub lege
erant redimeret· ut adoptionem filio
rum reciperemus· Quoniam autem
estis filii di· misit ds spm filii sui in cor
da nra· clamantem· abba pater· Itaq;
iam non est seruus· sed filius· Quod si
filius· et heres per dm·

IN UIGILIA THEOPHANIAE
LECT· EPIST· B· P· A· AD ROMANOS· FRS·

SCIMUS QUONIAM QUE CU
Q; LEX LOQUITUR· HIS QUI
in lege sunt loquitur· ut omne
os obstruatur· & subditus fiat omnis

mundus dō · Quia ex operibus legis· non
iustificabitur omnis caro coram illo·
Per legem enim · cognitio peccati · Nunc
autem sine lege iustitia dī manifestata
est · testificata a lege & prophetis·
Iustitia autem dī per fidem ihū xpī · in
omnes & super omnes qui credunt in
eum · Non enim est distinctio · Omnes
enim peccauerunt · & egent gloria dī·
Iustificati gratis per gratiam ipsius · p̄
redemptionem quę est in xpō ihū·
Quem proposuit dš propitiationem p̄
fidem in sanguine ipsius · ad ostensio
nem iustitiae suae · Propter remissi
onem praecedentium delictorum · in
sustentatione dī · ad ostensionem iusti
tiae eius in hoc tempore · Ut sit ipse
iustus · & iustificans eum qui ex fide est
ihū xpī · dn̄i nr̄i ·

IN THEOPHANIA·
LECTIO ISAIAE PROPHETAE·
SURGE ILLU
MINARE IHERUSALEM·
Quia uenit lumen tuum· &
gloria dn̄i· super te orta est·
quia ecce tenebrae operient terram·
& caligo populos· Super te autem
orietur dn̄s· & gloria eius in te uide
bitur· Et ambulabunt gentes in
lumine tuo· & reges in splendore or
tus tui· Leua in circuitu oculos tuos
& uide· omnes isti congregati sunt·
uenerunt tibi· Filii tui de longe ue
nient· & filiae tuae de latere sur
gent· Tunc uidebis & afflues· & mi
rabitur· & dilatabitur cor tuum·
quando conuersa fuerit ad te multi
tudo maris· fortitudo gentium uene

rit tibi · Jnundatio camelorum ope
riet te · dromedarii madian & epha ·
Omnes de saba uenient · aurum et
tus deferentes · Et laudem dn̄o ·
adnuntiantes · FERIA IIII ·
LECTIO EPISTOLAE BEATI PAU
LI APOSTOLI AD HEBREOS · FRS ·
CONSIDERATE APOSTOLUM ET PON
tificem confessionis nr̄ae IHM ·
qui fidelis est ei qui fecit illum · sicut
& moyses in omni domo illius · Am
plioris enim gloriae iste prae moy
se dignus habitus est · quanto amplio
rem honorem hab& domus · qui fabri
cauit illam · Omnis namq; domus · fa
bricatur ab aliquo · Qui autem om̄a
creauit · ds̄ · Et moyses quidem fide
lis erat dō in tota domo illius · tam
quam famulus · in testimonium eorum

quae dicenda erant. Xp̄c uero tam
quam filius in domo sua. Quae domus
sumus nos. si fiduciam et gloriam spei
usq; ad finem firmam retineamus.

DOMINICA I POST THEOPHANIĀ.
LECT̄ EP̄ B P AP̄ AD ROMANOS. FR̄S.


BSECRO UOS PER MI
SERICORDIAM DĪ. UT EXHI
beatis corpora ur̄a hostiam uiuen
tem. sc̄am. dō placentem. rationabile
obsequium uestrum. Et nolite con
formari huic seculo. sed reformamini in
nouitate sensus ur̄i. Ut probetis quae
sit uoluntas dī. bona. et bene placens.
et perfecta. Dico enim per gratiam
quae data est mihi omnibus qui sunt in
ter uos. non plus sapere quam oportet
sapere. sed sapere ad sobrietatem. Et u
nicuiq; sicut ds̄ diuisit. mensuram fidei.

15

Sicut enim in uno corpore multa mem
bra habemus· omnia autem membra
non eundem actum habent· ita multi
unum corpus sumus in xp̄o· Singuli
autem· alter alterius membra· In xp̄o
ih̄u· dn̄o nostro· FERIA·IIII·
LECTIO ISAIAE PROPHETAE·
IN NOIE B̄ ILLIS. DIX ISAIAS·
OMNE PECUS CAEDAR CON
gregabitur tibi· arietes nabaioth
ministrabunt tibi· Offerentur
super placabili altari meo· et domum
maiestatis meę glorificabo· Qui sunt
isti qui ut nubes uolant· et quasi co
lumbae ad fenestras suas· Me et enim
insulae expectabunt· et naues maris
a principio· Ut adducam filios tuos
de longe· Argentum eorum et aurum
eorum cum eis· in nomine dn̄i dī tui·

& sancti israhel · quia glorificauit te·

IN OCTAVA EPIPHANIAE·

LECTIO ISAIAE PROPHETAE·

IN DIEBUS ILLIS· DIXIT ISAIAS·
DNE DS MEUS HONORI
FICABO TE· LAUDEM TRIBUAM
nomini tuo · qui facis mirabiles res·
Consilium tuum antiquum · uerum fi
at · Exultet desertum · exultent soli
tudines iordanis · & populus meus ui
debit altitudinem domini · maiestatem
di · Et erit congregatus & redemptus
per dm · & ueniens in sion cum laetitia·
& laetitia sempiterna erit super caput
eius · laus & exultatio · Et aperiam in
montibus flumina · in mediis campis fon
tes disrumpam · & terram sitientem sine
aqua confundam · Ecce puer meus
exaltabitur & eleuabitur · & sublimis

erit ualde· Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris· et dicetis in illa die· Confitemini dno· et inuocate nom eius· Notas facite in populis adinuentiones eius· mementote quoniam excelsum est nomen eius· Cantate dno quoniam magnifice fecit· adnuntiate hoc in uniuersa terra· Dicit dns· omnipotens· DOM· II· POST THEOPH·

LECTIO EPISTOLAE BEATI PAULI APLI· AD ROMANOS· FRS·

HABENTES DONATIONIS· SECUNDUM GRATIAM que data est nobis differentes· Siue prophetiam· secundum rationem fidei· Siue ministerium in ministrando· Siue qui docet in doctrina· Qui exhortatur· in exhortando· Qui tribuit· in simplicitate· Qui prae

est in sollicitudine · Qui miseretur.
In hilaritate · Dilectio · sine simulati
one · Odientes malum · adherentes
bono · Caritatem fraternitatis · inui
cem diligentes · Honore inuicem prae
uenientes · Sollicitudine non pigri ·
Spiritu feruentes · dno seruientes ·
Spe gaudentes · in tribulatione patien
tes · Orationi instantes · necessitatibus
sanctorum communicantes · hospita
litatem sectantes · Benedicite perse
quentibus uos · Benedicite · & nolite
maledicere · Gaudere cum gaudenti
bus · flere cum flentibus · Idipsum inui
cem sentientes · Non alta sapientes ·
Sed humilibus consentientes ·

FERIA QUARTA ·

LECT · EP · BEATI · P · A · AD COLOS SENS · FRS ·

AUDISTIS DISPENSATIONEM

di · quae data est mihi in uobis · ut im
pleam uerbum di · mysterium quod ab
sconditum est a sęculis · & generationi
bus · Nunc autem manifestatum est
scis eius · quibus uoluit ds notas fa
cere diuitias gloriae sacramenti huius
in gentibus · quod est xpc · in uobis spes
gloriae · quem nos adnuntiamus · Cor
ripientes omnem hominem · & docen
tes omnem hominem in omni sapientia ·
ut exhibeamus omnem hominem per
fectum · In xpo ihu · dno nro ·

DOMINICA · III · POST THEOPHANIAM

LECTIO EP · BI · PAULI APLI
AD ROMANOS · FRS ·

NOLITE ESSE PRU
DENTES APUD UOSMET
ipsos · nulli malum pro ma
lo reddentes · Prouidentes bona · non

tantum coram d(e)o· sed etiam coram omnibus hominibus· Si fieri potest· quod ex uobis est· cum omnibus hominib(us) pacem habentes· Non uosmet ipsos defendentes k(arissi)mi· sed date locum irae·
Scriptum est enim· Mihi uindictam· ego retribuam dicit d(omi)n(u)s· Sed si esurierit inimicus tuus· ciba illum· Si sitit· potum da illi· Hoc enim faciens· carbones ignis congeres super caput eius·
Noli uinci a malo· sed uince in bono malum·

FERIA QUARTA

LECT(IO) EP(ISTO)L(AE) B(EA)TI PA(U)L(I) AP(OSTO)LI AD TIMOTHEU(M)· K(A)R(ISSI)ME·

FIDELIS SERMO· ET OMNI AC ceptione dignus· quia (Christu)s I(esu)s uenit in hunc mundum peccatores saluos facere· quorum primus ego sum· Sed ideo misericordiam consecutus sum· ut in me primum ostenderet (Christu)s I(esu)s om

nem patientiam · ad informationem
eorum · qui credituri sunt illi in uitā
aeternam · Regi autem seculorum · Im
mortali · Inuisibili · soli dō honor &
gloria · In saecula saeculorum AMEN ·

DOMINICA · IIII · POST THEOPHANIAM ·

LECT · EP · BEATI PAULI APTI AD ROMANOS · FRS ·

NEMINI QUICQUĀ DEBEATIS · NISI UT IN
uicem diligatis · Qui enim
diligit proximum · legem implebit ·
Nam non adulterabis · Non occides · Non
furaberis · Non falsum testimonium
dices · Non concupisces rem proximi
tui · Et si quod est aliud mandatum ·
In hoc uerbo instauratur · Diliges pro
ximum tuum · sicut te ipsum · Dilecti
o proximi · malum non operatur · Ple

nitudo ergo legis· est dilectio·

FERIA QUARTA·

LECT· EP· BEAT· P· A· AD ROMAN· FRS·

SICUT PER UNIUS DELICTU

omnes homines in condemnatio
ne· sic et per unius iustitiam· omnes ho
mines in iustificationem uitae· Sicut
enim per inoboedientiam unius ho
minis· peccatores constituti sunt
multi· ita et per unius oboeditione
iusti constituuntur multi· Lex autem
subintrauit· ut abundaret delictum·
Ubi autem abundauit peccatum· super
abundauit gratia· Et sicut regna
uit peccatum in mortem· ita et gra
tia regnet per iustitiam· in uitam ae
ternam· Per IHM XPM· DNM NRM·

IN PURIFICATIONE SCE MARIAE

LECTIO MALACHIAE PROPHETAE

HEC DICIT DNS.



CCE EGO

MITTO ANGELUM

meum · & praeparabit

uiam ante faciem meā

Et statim ueniet ad tē

plum suum dominator quem uos

quaeritis · angelus testamenti · quem

uos uultis · Ecce uenit dn̄s exerci

tuum · & quis poterit cogitare diem

aduentus eius · Et quis stabit ad

uidendum eum · Ipse enim quasi

ignis conflans · & quasi herba fullo

num · Et sedebit conflans · & mun

dans argentum · & purgabit filios

leui · Et conflabit eos quasi aurū ·

& argentum · & erunt dn̄o offeren

tes sacrificia iniustitia · Et place

bit dn̄o sacrificium iuda & hierusa

lem · sicut dies saeculi · & sicut anni
antiqui · Dicit dn̄s omps · ITALIA ·
LECTIO MALACHIAE PROPHETAE
HAEC DICIT DN̄S ·
ET ACCEDAM AD VOS IN
iudicio · & ero testis uelox ma
leficis & adulteris · & q̇ calumni
antur mercedem mercennarii · ui
duas & pupillos · & opprimunt pe
regrinum · nec timuerunt me dicit
dn̄s · Ecce ego mittam uobis heli
am prophetam · ante quam ueniat
dies dn̄i magnus & horribilis · Ut
conuestat cor patrum in filios · &
cor filiorum · ad patrum eorum ·
Dicit dn̄s · omps ·
DOMINICA · V · POST THEOPHAN̄ ·
LECTIO EPISTOLAE BEATI PAU
LI APLI · AD COLOSENSES · FR̄S ·

INDUITE UOS SICUT
ELECTI DI· SCI ET DILECTI· UI
scera misericordiae· benignitatem·
humilitatem· modestiam· patienti
am· Supportantes inuicem· & do
nantes uobismetipsis· siquis aduer
sus aliquem habet querelam· sicut
& dns donauit uobis· ita & uos· Su
per omnia autem haec caritatem
habentes· quod est uinculum perfe
ctionis· Et pax xpi exultet in cordi
bus uris· in qua & uocati estis in uno
corpore· Et grati estote· Uerbum
xpi habitet in uobis habundanter·
In omni sapientia docentes· & commo
nentes uosmetipsos· psalmis· ymnis·
canticis spritalibus· in gratia cantan
tes in cordibus uris dno· Omne quod
cumque facitis in uerbo aut in opere·

omnia in nomine dni ihu xpi · gratias agentes do & patri · Per ihm xpm dominum nostrum ·

FERIA QUARTA ·

LECT · EP · B · P · A · AD CORINT · FRS ·

VIDETE UOCATIONEM URAM · quia non multi sapientes secundum carnem · non multi potentes · non multi nobiles · Sed quae stulta sunt huius mundi elegit ds · ut confundat sapientes · Et infirma mundi elegit ds · ut confundat fortia · Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit ds · & quae non sunt · ut ea quae sunt destrueret · ut non glorietur omnis caro coram illo · Ex ipso autem uos estis in xpo ihu · qui factus est nobis a do sapientia · & iustitia · & scificatio · & redemptio · Ut quem

admodum scriptũ ẽ· Qui gloriatur· In dñō glorietur·

DOM· VI· POST THEOPHANIAM·

LECTIO EP̄· B̄Ī· PĀ· AP̄ AD TIMOTH̄· K̄M̄E

Fidelis sermo & omni acceptione. d·

REQ· In ebdomada· III· post theophaniam· DOM̄· IN SEPTUAGESIMA·

LECTIO EP̄· BEATI PAULI· AP̄· AD CORINTH̄·



FRATRES·

NESCITIS QUOD HI QUI IN stadio currunt· omnes quidem currunt· sed unus accipit brauium· Sic currite· ut comprachendatis· Omnis enim qui in agone contendit· ab omnibus se abstinet· Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant· nos autem incorruptam· Ego

igitur sic curro · non quasi in incer
tum · Sic pugno · non quasi aerem
uerberans · Sed castigo corpus meū ·
& in seruitutem redigo · ne forte cū
aliis praedicauerim · ipse reprobus
efficiar · Nolo enim uos ignorare
fratres · quoniam patres nostri omnes
sub nube fuerunt · & omnes mare
transierunt · & omnes in moyse bap
tizati sunt · in nube & in mari · Et o
mnes eandem aescam spiritalem man
ducauerunt · & omnes eundem potū
sp̄talem biberunt · Bibebant autem
de sp̄itali · consequenti eos petra · Pe
tra autem · erat xp̄c ·

FERIA QVARTA ·

LECT̄ · EP̄ · B · P · A · AD HEBREOS · FR̄S ·

FESTINEMVS INGREDI IN ILLĀ
requiem · ut ne in idipsum quis in

cidat incredulitatis exemplum· Ui
uus est enim di sermo & efficax· &
penetrabilior omni gladio ancipiti·
& pertingens usq; ad diuisionem a
nimae ac sps· Compagum quoq; &
medullarum· & discretor cogitatio
num· & intentionum cordis· & non
est ulla creatura inuisibilis· in conspe
ctu eius· Omnia autem· nuda & ap
ta sunt oculis eius· Ad quem nobis
sermo· Habentes ergo pontificem
magnum· qui penetrauit caelos IHM
filium di· teneamus confessionem eius·
Non enim habemus pontificem· qui non
possit compati infirmitatibus nostris·
Temptatum autem per omnia· pro simi
litudine absq; peccato· Adeamus er
go cum fiducia ad thronum gratiae·
ut misericordiam consequamur·

Et gratiam inueniamus· in auxilio opor
tuno· DOMINICA IN SEXAGESIMA·
LECTIO EPIST· BEATI PAULI APTI·
AD CORINTHIOS· FRATRES·
LIBENTER SUF
FERTIS INSIPIENTES CUM SI
tis ipsi sapientes· Sustinetis enim·
si quis uos in seruitutem re
digit· si quis deuorat· si quis accipit·
si quis extollitur· si quis in faciem uos
cedit· Secundum ignobilitatem
dico· quasi nos infirmi fuerimus in
hac parte· In quo quis audet· in insi
pientia dico· audeo et ego· Hebrei
sunt· et ego· Israhelitae sunt· et ego·
Semen abrahae sunt· et ego· Ministri
xpi sunt· et ego· Ut minus sapiens
dico· plus ego· In laboribus plurimis·
In carceribus abundantius· In pla

gis supra modum · In mortibus fre
quenter · A iudeis quinquies quadra
genas · una minus accepi · Ter uir
gis caesus sum · Semel lapidatus sum ·
ter naufragium feci · Nocte ac die ·
in profundo maris fui · In itineribus
saepe · Periculis fluminum · pericu
lis latronum · periculis ex genere ·
periculis ex gentibus · periculis in ci
uitate · periculis in solitudine · pericu
lis in mari · periculis in falsis fratrib;
In labore & erumna · in uigiliis mul
tis · In fame & siti · in ieiuniis multis ·
In frigore & nuditate · Praeter illa
quae extrinsecus sunt instantia · me
a cotidiana sollicitudo · omnium
ecclesiarum · Quis infirmatur & e
go non infirmor · Quis scandaliza
tur & ego non uror · Si gloriari o

portet· quae infirmitatis meae sunt
gloriabor· Ds & pater dni nostri
ihu xpi scit· qui est benedictus in sae
cula· quod non mentior·
Damasci praepositus gentis arathae
regis· custodiebat ciuitatem dama
scenorum· ut me comprachenderet·
Et per fenestram in sporta dimissus sū
per murum· & sic effugi manus eius·
Et si gloriari oportet· non expedit qui
dem· Ueniam autem ad uisiones· &
reuelationes dni· Scio hominem in
xpo ante annos quatuordecim· Siue
in corpore nescio· Siue extra corpus
nescio· ds scit· raptum huiusmodi usq;
ad tertium caelum· Et scio huiusmo
di hominem· Siue in corpore· Siue ex
tra corpus nescio· ds scit· quoniam ra
ptus est in paradisum· & audiuit arca

na uerba · quae non licet homini loqui ·
Pro huiusmodi gloriabor · pro me autem
nihil gloriabor · nisi in infirmitatibus
meis · Nam et si uoluero gloriari · non
ero insipiens · Ueritatem enim dicam ·
Parco autem · ne quis me existimet supra
id quod uidet me · aut audit aliquid
ex me · Et ne magnitudo reuelationū
extollat me · datus est mihi stimulus car
nis meę angelus satanae · ut me cola
phizet · Propter quod ter dn̄m roga
ui ut discederet a me · et dixit mihi · Suf
ficit tibi gratia mea · Nam uirtus in infir
mitate perficitur · Libenter igitur glo
riabor in infirmitatibus meis · Ut inha
bitet in me · uirtus xp̄i ·

FERIA QUARTA

LECT̄ · EP̄ · B · P · A · AD HIBREOS · FR̄S

RECOGITATE DN̄M IH̄M XP̄M ·

qui talem sustinuit a peccatoribus ad
uersus sem&ipsum contradictionem·
Ut ne fatigemini animis uestris defi
cientes· Nondum enim usq; ad sangui
nem restitistis aduersus peccatum repu
gnantes· & obliti estis consolationis· quę
uobis tamquam filiis loquitur dicens·
Fili mi· noli neglegere disciplinā dn̄i· neq;
fatigeris· cum ab eo argueris· Quem
enim diligit dn̄s castigat· flagellat au
tem omnem filium quem recipit· In di
sciplina perseuerate· tamquam filiis uo
bis offert se ds̄· Quis enim filius quem
non corripit pater· Quod si extra di
sciplinam estis· cuius participes facti
sunt omnes· ergo adulterini & n̄ filii
estis· Deinde patres quidem carnis no
strae· habuimus eruditores· & reuere
bamur· Non multo magis obtempe

rabimus patri spirituum · & uiuemus ·

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA ·

LECT · EP · BEATI PAULI APLI · AD CORINTHIOS FRS

SI LINGUIS HOMINUM LOQUAR ET angelorum · caritatem autē non habeam · factus sum uelut aes sonans · aut cymbalum tinniens · Et si habuero prophetiam · & nouerim mysteria omnia · & omnem scientiam · & habuero omnem fidem · Ita ut montes transferam · caritatem autem non habuero · nihil sum · Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas · & si tradidero corpus meum ita ut ardeam · caritatem autē non habuero · nihil mihi prodest · Caritas patiens est · benigna est · Cari

tas non aemulatur · non agit perperam ·
Non inflatur · non est ambitiosa · non quę
rit quae sua sunt · Non irritatur · non
cogitat malum · Non gaudet super
iniquitate · congaudet autem uerita
ti · Omnia suffert · Omnia credit ·
Omnia sperat · Omnia sustinet ·
Caritas · numquam excidet · Si
ue prophetiae · euacuabuntur · Siue
linguae · cessabunt · Siue scientia · de
struetur · Ex parte enim cognoscimus ·
et ex parte prophetamus · Cum autem
uenerit quod perfectum est · euacua
bitur quod ex parte est · Cum essem
paruulus · loquebar ut paruulus · Sa
piebam ut paruulus · Cogitabam ut
paruulus · Quando autem factus sum
uir · euacuaui quae erant paruuli ·
Uidemus nunc per speculum in enig

matt · tunc autem facie ad faciem ·
Nunc cognosco ex parte · tunc autem
cognoscam · sicut & cognitus sum ·
Nunc autem manent · fides · spes · cari
tas · tria haec · Maior autem his · est
caritas · IN CAPITE IEIUNII ·
LECTIO IOHEL PROPHETAE
HAEC DICIT DOMINUS ·
CONUERTIMINI AD ME IN
toto corde uestro · in ieiunio
& fletu · & in planctu · & scindi
te corda ura · & non uestimenta ue
stra · Et conuertimini ad dnm dm
uestrum · quia benignus & miseri
cors est · patiens & multum miseri
cors · & praestabilis super malitiam ·
Quis scit si conuestatur & ignoscat ·
& relinquat post se benedictionem ·
Sacrificium & libamen · dno do nro ·

Canite tuba in sion· scificate ieiuniū·
Vocate coetum· Congregate populum·
Scificate ecclesiam· Coadunate senes·
Congregate paruulos· & sugentes ube
ra· Egrediatur sponsus de cubili suo·
& sponsa de thalamo suo· Inter uesti
bulum & altare· plorabunt sacerdotes
ministri domini· & dicent· Parce dn̄e·
parce populo tuo· & ne des heredita
tem tuam in obprobrium· ut dominen
tur eis nationes· Quare dicunt in po
pulis ubi est ds̄ eorum· Zelatus est do
minus terram suam· & pepercit popu
lo suo· Et respondit dn̄s· & dixit po
pulo suo· Ecce ego mittam uobis frum
tum· & uinum· & oleum· & replebimi
ni in eis· Et non dabo uos ultra· ob
probrium in gentibus· Dicit dn̄s omnipotens· FERIA QUINTA·

LECTIO ESAIAE PROPHETAE.

IN DIEBUS ILLIS.
AEGROTAVIT EZECHIAS USQ;
ad mortem. Et introiuit ad eu
a esaias filius amos propheta. &
dixit ei. Haec dicit dns. Dispone do
mui tuae. quia morieris tu. & non ui
ues. Et conuertit ezechias faciem su
am ad parietem. & orauit ad dnm & di
xit. Obsecro dne. memento quaeso
quomodo ambulauerim coram te in
ueritate. & in corde perfecto. & quod
bonum est in oculis tuis fecerim. Et
fleuit ezechias. fletu magno. Factumq;
est uerbum dni ad aesaiam. dicens.
Uade. & dic ezechiae. Haec dicit dns.
ds dauid patris tui. Audiui orationē
tuam. & lacrimam tuam uidi. Ecce
ego adiciam super dies tuos quinde

cim annos· & de manu regis assyriorum
eruam te· & ciuitatem istam· & prote
gam eam· Dicit dns· omnipotens·

FERIA SEXTA Cons·

LECT· ESAIAE PPH· Haec dic

CLAMA· NE CESSES· QUASI
tuba exalta uocem tuam· & ad
nuntia populo meo scelera eoru·
& domui iacob peccata eorum· Me &
enim de die in diem quaerunt· & scire
uias meas uolunt· Quasi gens quae
iustitiam fecerit· & quae iudicium di
sui non dereliquerit· Rogant me
iudicia iustitiae· appropinquare do
uolunt· Quare ieiunauimus & non a
spexisti· Humiliauimus animas nostras
& nescisti· Ecce in die ieiunii uestri·
inuenietur uoluntas uestra· & omnes
debitores uestros repetitis· Ecce ad li

tes & contentiones ieiunatis· & percuti
tis pugno impie· Nolite ieiunare sicut
usq; ad hanc diem· ut audiatur in excel
so clamor uester· Numquid tale est
ieiunium quod elegi· per diem affligere
re hominem animam suam· Numquid
contorquere quasi circulum caput su
um· & saccum & cinerem sternere·
Numquid istud uocaui ieiunium & di
em acceptabilem dno· Nonne hoc
est magis ieiunium quod elegi· Dis
solue colligationes impietatis· Solue
fasciculos deprimentes· Dimitte eos
qui confracti sunt liberos· & omne
onus disrumpe· Frange esurienti pa
nem tuum· & egenos uagosq; induc in
domum tuam· Cum uideris nudum
operi eum· & carnem tuam ne despe
xeris· Tunc erumpet quasi mane lu

men tuum · & sanitas tua citius orietur ·
Et anteibit faciem tuam iustitia tua · &
gloria dni colliget te · Tunc inuoca
bis & dns exaudiet · clamabis · & dicet ·
ecce assum · Quia misericors sum · dns
ds tuus · SABBATO
LECTIO ESAIE PROPHETAE
HEC DICIT DNS ·
SI ABSTULERIS DE MEDIO TUI
catenam · & desieris digitum exten
dere · & loqui quod non prodest ·
Cum effuderis esurienti animam tuam ·
& animam afflictam repleueris · orietur
in tenebris lux tua · & tenebrae tuę e
runt sicut meridies · Et requiem tibi
dabit dns ds semper · & implebit splen
doribus animam tuam · & ossa tua li
berabit · Et eris quasi ortus irriguus ·
& sicut fons aquarum · cuius non defi

cient aquae· Et aedificabuntur in
te deserta seculorum· fundamenta ge
nerationis & generationis suscitabis·
Et uocaberis ędificator sepium· auer
tens semitas iniquitatum· Si auerteris
a sabbato pedem tuum· facere uolun
tatem tuam in die sc̄o meo· & uocaue
ris sabbatum delicatum· & sc̄m dn̄i
gloriosum· & glorificaueris eum dum
non facis uias tuas· & non inuenietur
uoluntas tua· ut loquaris sermonem·
tunc delectaberis super dn̄o· Et sus
tollam te super altitudinem terrae· &
cibabo te hereditate iacob patris tui·
Os enim dn̄i· locutum est haec·

DOMINICA IN QUADRAGESIMA
LECTIO EPISTOLAE BEATI PAU
LI APOSTOLI AD CORINTHIOS·

FRATRES·

HORTAMUR VOS.
NE IN VACUUM GRATIĀ
dī recipiatis. Ait enim. Tē
pore accepto exaudiui te.
& in die salutis adiuui te. Ecce nunc
tempus acceptabile. ecce nunc dies sa
lutis. Nemini dantes ullam offensio
nem. ut non uituperetur ministerium
nostrum. Sed in omnibus exhibeamus
nosmet ipsos sicut dī ministros. In multa
patientia. In tribulationibus. In necessita
tibus. In angustiis. In plagis. In carcerib;.
In seditionibus. In laboribus. In uigiliis.
In ieiuniis. In castitate. In scientia. In longa
nimitate. In suauitate. In spū sc̄o. In ca
ritate non ficta. In uerbo ueritatis. In
uirtute dī. Per arma iustitiae. a de
xtris & a sinistris. Per gloriam & ig
nobilitatem. per infamiam & bonam

famam · Ut seductores · & ueraces · Si
cut qui ignoti · & cogniti · Quasi morien
tes · & ecce uiuimus · Ut castigati · & non
mortificati · Quasi tristes · semper autem
gaudentes · Sicut egentes · multos au
tem locupletantes · Tamquam nihil
habentes · & omnia possidentes ·

FERIA SECUNDA AD VINCULA

LEC̄ · EZECHIEL̄IS PPH̄ · HAEC DICIT DNS ·
ECCE EGO IPSE REQUIRAM OVES
meas · & uisitabo illas sicut pastor
visitat gregem suum · In die quan
do fuerit in medio ouium suarum · dis
sipatarum · Sic uisitabo oues meas · & li
berabo eas de omnibus locis in quibus di
spersae fuerant · In die nubis & caliginis ·
Et educam eas de populis · & congregabo
eas de terris · Et inducam eas in terram
suam · & pascam eas in montibus israhel ·

in riuis & in cunctis sedibus terrae. In
pascuis uberrimis pascam eas. & in mon
tibus excelsis israhel. erunt pascuae ea
rum. Ibi requiescent in herbis uiren
tibus. & in pascuis pinguibus pascentur.
super montes israhel. Ego pascam oues
meas. & eas accubare faciam. dicit dns
ds. Quod perierat requiram. & quod
abiectum fuerat reducam. & quod con
fractum erat alligabo. & quod infirmu
fuerat consolidabo. & quod pingue &
forte custodiam. & pascam illas in iudi
cio & iustitia. Dicit dns omps.

FERIA TERTIA
LEC̄ ISAIAE PPHETAE. IN DIEB. ILL.

LOCUTUS EST ESAIAS PPHETA
dicens. Quaerite dnm dum inueniri
potest. Inuocate eum dum prope est.
Derelinquat impius uiam suam. & uir

iniquus cogitationes suas. & revertatur
ad dominum. & miserebitur eius. & ad
d(eu)m nostrum. quoniam multus est ad i
gnoscendum. Non enim cogitationes
meae cogitationes uestrae. neq(ue) uiae
uestrae uiae meae. dicit d(omi)n(u)s. Quia
sicut exaltantur caeli a terra. sic exal
tatę sunt uiae meae a uiis uestris. &
cogitationes meae a cogitationibus
u(est)ris. Et quomodo descendit ymber
& nix de caelo. & illuc ultra non re
uertitur. sed inebriat terram & infun
dit eam. & germinare eam facit. & dat
semen serenti. & panem comedenti. sic
erit uerbum meum. quod egredietur
de ore meo. Non revertetur ad me va
cuum. sed faciet quaecumq(ue) uolui. & p(ro)
sperabitur in his ad quae misi illud.
Dicit d(omi)n(u)s omnipotens. FERIA. IIII.

LECTIO LIBRI EXODI.

IN DIEBUS ILLIS.
DIXIT DNS AD MOYSEN.
Ascende ad me in montem. & e
sto ibi. Daboq; tibi tabulas lapi
deas. & legem ac mandata quae scripsi.
ut doceas filios israhel. Surrexerunt
moyses. & iosue minister eius. Ascendensq;
moyses in montem di. senioribus ait. Ex
pectate hic. donec reuertamur ad uos.
Habetis aaron & ur uobiscum. siquid na
tum fuerit quaestionis. referetis ad eos.
Cumq; ascendiss& moyses. operuit nubes
montem. & habitauit gloria dni super
synai. tegens illum nube sex diebus. Se
ptimo autem die. uocauit eum de
medio caliginis. Erat autem species glo
riae dni. quasi ignis ardens super uer
ticem montis. in conspectu filiorum isrl.

Ingressusque moyses medium nebulae ascendit in montem. Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

ITEM ALIA. FILIIS

LEC. LIBRI REGUM. IN ORE B.

VENIT HELIAS IN BERSABEE iuda & dimisit ibi puerum suum & perrexit in desertum via unius diei. Cumque uenisset & sederet subter unam iuniperum petiuit animae suae ut moreretur & ait. Sufficit mihi dne tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Proiecitque se & obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus dni tetigit eum dixitque ei.

Surge comede. Et respexit & ecce ad caput suum subcinericius panis & uas aquae. Comedit ergo & bibit & rursum obdormiuit. Reuersusque est an

gelus dni secundo · & tetigit eum · dixit
q; illi · Surge · comede · grandis enim tibi
restat via · Qui cum surrexiss& · come
dit & bibit · Et ambulauit in fortitu
dine cibi illius · quadraginta diebus &
quadraginta noctibus · usq; ad monte
di horeb · FER · V · AD SCM LAURENT ·
LECTIO EZECHIELIS PROPHETAE ·
IN DIEBUS ILLIS ·
FACTUS EST SERMO DNI AD ME
dicens · Quid est quod inter uos
parabolam uertitis in prouerbiu istud
in terra isrstatic · dicentes · Patres come
derunt uuam acerbam · & dentes filioru
obstupescunt · Uiuo ego dicit dns · si
erit ultra parabola haec in prouerbi
um in israhel · Ecce omnes animae me
ae sunt · Ut anima patris · ita & anima
filii · mea est · Anima quae peccauerit ·

ipsa morietur. Et uir si fuerit iustus.
& fecerit iudicium & iustitiam. In mon
tibus non comederit. & oculos suos n̄
leuauerit ad idola domus israhel. &
uxorem proximi sui non uiolauerit. &
ad mulierem menstruatam non acces
serit. & hominem non contristauerit.
Pignus debitori reddiderit. per uim
nihil rapuerit. Panem suum esurienti
dederit. & nudum operuerit uestimen
to. Ad usuram non commodauerit.
& amplius non acceperit. Ab iniquita
te auerterit manum suam. Iudicium
uerum fecerit inter uirum & uirū.
In praeceptis meis ambulauerit. & iudi
cia mea custodierit. Ut faciat uerita
tem. Hic iustus est. uita uiuet. ait dn̄s
d̄s.

ITEM ALIA

LECTIO EZECHIELIS PROPHETE.

HEC DICIT DOMINUS.

QUOD SI GENUERIT FILIUM LAtronem effundentem sanguinem. & fecerit unum de istis. & hec quidem omnia non facientem. Numquid vivet? Cum universa detestanda hec fecerit. morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium qui videns omnia peccata patris sui quae fecit timuerit. & non fecerit simile ei. Iudicia mea fecerit. & in praeceptis meis ambulaverit. hic non morietur in iniquitate patris sui. Sed vita vivet. Pater eius qui calumniam & vim fecit fratri. & malum operatus est in medio populi sui. ecce mortuus est in iniquitate sua. & dicitis. Quare non portabit filius iniquitatem patris sui. Vide

lic& quia filius iudicium & iustitiam o
peratus est · Omnia praecepta mea cu
stodiuit · & fecit illa · uita uiuet · Ait
dns · omnipotens ·

FERIA SEXTA ·
LECTIO EZECHIELIS PROPHET ·

HAEC DICIT DNS ·

ANIMA QUAE PECCAVERIT · IPSA
morietur · Filius non portabit ini
quitatem patris · & pater non portabit
iniquitatem filii · Iustitia iusti super eu
erit · & impietas impii · erit super eum ·
Si autem impius egerit poenitentiam
ab omnibus peccatis suis quae opera
tus est · & custodierit uniuersa prae
cepta mea · & fecerit iudicium & iustiti
am · uita uiuet · & non morietur · Omni
um peccatorum eius quae operatus est ·
non recordabor · In iustitia sua quam
operatus est uiuet · Numquid uolunta

tis meae est mors impii · dicit dn̄s ds̄ ·
& non ut conuertatur a uiis suis & uiuat ·
Si autem auerterit se iustus a iustitia sua ·
& fecerit iniquitatem · secundum omnes
abhominationes quas operari solet im
pius · Numquid uiuet · Omnes iustitiae
eius quas fecerat · non recordabuntur ·
In praeuaricatione qua praeuaricatus ē ·
& in peccato suo quod peccauit · in ipsis
morietur · Et dixistis · non est aequa
uia dn̄i · Audite domus israhel · Num
quid uia mea non est aequa · & non ma
gis uiae uestrae prauae sunt · Cum au
tem auerterit se iustus a iustitia sua · &
fecerit iniquitatem · morietur in eis · In
iniustitia sua quam operatus est · morietur ·
Et cum auerterit se impius ab impietate
sua quam operatus est · & fecerit iudiciū
& iustitiam · ipse animam suam uiuifica

uit. Considerans enim. & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est. uita uiuet. & non morietur. Dicit d(omi)n(u)s omnipotens.

SABB(ATO) IN XII LECT(IONES) AD S(ANCTUM) PETRUM.

LECT(IO) LIBRI DEUTERONOMII.

IN DIEBUS ILLIS. LOCUTUS EST MOYSES AD D(OMI)N(U)M. dicens. Respice d(omi)ne de sanctuario tuo. de excelso caelorum habitaculo. & benedic populo tuo israhel. & terrae quam dedisti nobis. sicut iurasti patribus nostris. terram lacte & melle manantem. Audi israhel. hodie d(omi)n(u)s d(eu)s tuus praecepit tibi ut facias mandata eius atq(ue) iudicia. & custodias ex toto corde tuo. & ex tota anima tua. D(omi)n(u)m elegisti hodie. ut sit tibi d(eu)s. & ambules in uiis eius. & custo

as caerimonias illius · & mandata atq;
iudicia · & oboedias eius imperio · Et
dominus elegit te hodie · ut sis ei popu
lus peculiaris · sicut locutus est tibi · Ut
custodias omnia praecepta eius · & faciat
te excelsiorem cunctis gentibus · quas
creauit in laudem · & nomen · & gloriā
suam · Et sis populus scs dni di tui · Si
cut locutus est tibi ·

LECTIO · LIBRI DEUTERONOMII ·

IN DIEBUS ILLIS ·
DIXIT MOYSES FILIIS ISRAHEL ·
Si custodieritis mandata quae
ego praecipio uobis · & feceritis ea · ut
diligatis dnm dm uestrum · & ambule
tis in omnibus uiis eius adhaerentes ei ·
disperdet dns omnes gentes istas · ante
faciem uestram · Et possidebitis eas · quę
maiores & fortiores uobis sunt · Omnis

locus quem calcauerit pes v̄r̄. vester erit. A deserto & libano. & flumine magno eufrate. usq; ad mare occidentale. erunt termini uestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem uestrum atq; formidinem. dabit dn̄s ds̄ v̄r̄ super omnem terram quā calcaturi estis. Sicut locutus est uobis. dn̄s ds̄ v̄r̄.

LECTIO LIBRI MACHABEORŪ

IN DIEBUS ILLIS. ORATIONEM FACIEBANT SAcerdotes. Dum offerrent sacrificium pro populo israhel. Jonatha inchoante. caeteris autem respondentibus. & dicentibus. Benefaciat uobis ds̄. & meminerit testamenti sui. quod ad abraham & isaac & iacob locutus est. Seruorum suorum fidelium. Et det uobis cor omnibus ut colatis eum. & facia

tis uoluntatem eius· Adaperiat cor
uestrum in lege sua· & in praeceptis suis·
& faciat pacem· Exaudiat orationem
vestram· & reconciliatur uobis· Nec
uos deserat in tempore malo· dns ds vr·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE

MISERERE NRI DS OMNIU·
& respice nos· & ostende nobis
lucem miserationum tuarum·
Et immitte timorem tuum· super gentes
quae non exquisierunt te· Et cogno
scant quia non est dns nisi tu· vt enar
rent magnalia tua· Alleua manum tu
am super gentes alienas· vt uideant
potentiam tuam· Sicut enim in conspe
ctu eorum scificatus es in nobis· Sic in con
spectu nostro· magnificaberis in illis·
Ut cognoscant te sicut & nos cognouim᷒·
quoniam non est ds· praeter te dne·

Innoua signa · & Immuta mirabilia · Glorifica manum · & brachium dextrum · Excita furorem · & effunde iram · Extolle aduersarium · & affligе inimicum · Festina · tempus · & memento · finis · Ut enarrent mirabilia tua · dn̄e d̄s noster ·

HIC LEGITUR DANIHEL TITL.

LEC̄· DANIHELIS PPHETE· IN DIEB;

ANGELUS DN̄I DESCINDIT cum azaria & sociis eius in fornacem · & excussit flammam ignis de fornace · & fecit medium fornacis · quasi uentum roris flantem · Et non tetigit eos omnino ignis · neq; contristauit · nec quicquam molestiae Intulit · Tunc hi tres quasi ex uno ore · laudabant & glorificabant · & benedicebant d̄o in fornace dicentes · Benedictus es dn̄e d̄s patrū nostrorum · & laudabilis · & super exal

tatus in secula. Et benedictum nom
gloriae tuae scm. & laudabile. & super
exaltatum In omnibus saeculis. Bene
dictus es In templo sco gloriae tuae. &
super laudabilis. & super gloriosus in se
cula. Benedictus es In throno regni tui.
& super laudabilis. & super exaltatus In
saecula. Benedictus es qui intueris abys
sos. & sedes super cherubim. & laudabi
lis. & super exaltatus In saecula.

YMNUS TRIUM PUERORUM.

OMNIA OPERA DNI. DM BENEDICITE.

BENEDICITE OMNIA OPERA DNI
dno. Benedicite caeli dno. Benedi
cite angeli dni dno. Ymnum dicite.
Benedicite aquae quae super caelos sunt
dno. Benedicite omnes uirtutes dni dno.
Benedicite sol & luna dno. Ymnum d.

Benedicite stellae caeli dno. Benedicite
ymber & ros dno. Benedicite omnes
sps di dno. Ymnum dicite.
Benedicite ignis & aestus dno. Benedicite
noctes & dies dno. Benedicite tenebrę
& lumen dno. Ymnum dicite.
Benedicite frigus & cauma dno. Benedici
te pruina & niues dno. Benedicite ful
gura & nubes dno. Ymnum dicite.
Benedicat terra dno. Benedicite montes
& colles dno. Benedicite omnia nascen
tia terrae dno. Ymnum dicite.
Benedicite maria & flumina dno. Bene
dicite fontes dno. Benedicite coete. &
omnia quae mouentur in aquis. d. Ymnu.
Benedicite uolucres caeli dno. Benedici
te bestiae & uniuersa pecora dno. Be
dicite filii hominum dno. Ymnum. d.
Benedicat israhel dno. Benedicite sa

cerdotes dni dno · Benedicite serui dni
dno · Ymnum dicite ·
Benedicite spiritus & animae iustorum
dno · Benedicite sci & humiles corde
dno · Ymnum dicite ·
Benedicite ananias · azarias · misahel dno ·
Ymnum dicite · Omnia opera dni ·
ITEM AD MISSAM
LEC · EP · B · P · APLI AD TESALON · FRS ·
ROGAMUS UOS · CORRIPITE
Inquietos · consolamini pusillani
mes · suscipite infirmos · pati
entes estote ad omnes · Uidete ne qs
malum p malo alicui reddat · sed sem
per quod bonum est · Sectamini inin
uicem · & in omnes · Semper gaudete ·
Sine intermissione orate · In omnibus
gratias agite · Haec est enim uoluntas
di In xpo ihu · In omnibus uobis ·

Spm nolite extinguere · prophetias nolite spernere · Omnia autem probate · quod bonum est tenete · ab omni specie mala · abstinete uos · Ipse autem ds pacis scificet uos per omnia · et integer sps vr · et anima et corpus sine querela · In aduentu dni nostri ihu xpi · seruetur ·

DOM · II · QUADRAGESIMAE

LECT · EP · BEATI PAULI APLI · AD TESALONIC · FRS ·

ROGAMUS VOS ET OBSECRAMUS In dno ihu · ut quemadmodum accepistis a nobis · quomodo vos oporteat ambulare et placere do · sicut et ambulatis · ut abundetis magis · Scitis enim quae praecepta dederim vobis · per dnm ihm ·

Haec est enim uoluntas di̅ · scificatio ura̅ · ut abstineatis uos a fornicatione · Ut sciat unusquisq; ur̅m suum uas possidere · In scificatione & honore · Non in passione desiderii · Sicut & gentes quae ignorant dm̅ · Et nequis supergrediatur · neq; circumueniat in negotio fratrem suum · quoniam uindex est dn̅s de his omnibus · Sicut praediximus uobis · & testificati sumus · Non enim uocauit nos ds̅ in immunditiam · sed in scificationem · In xp̅o ih̅u · dn̅o nr̅o ·

FERIA SECUNDA · FILLIS ·

LEC̅ · DANIHELIS PPHET · IN DIEB;

ORAUIT DANIHEL DICENS ·

Dn̅e ds̅ nr̅ · qui eduxisti populum tuum de terra aegypti · In manu forti · & fecisti tibi nomen · secundu̅ diem hanc · Peccauimus · Iniquitatem fe

cimus dne · In omnem iustitiam tuam:
Auertatur obsecro ira tua & furor tuus a
ciuitate tua hierusalem · & monte sco
tuo · Propter peccata enim nra · & Ini
quitates patrum nostrorum · hierusalē
& populus tuus In obprobrium sunt ·
omnibus per circuitum nostrum · Nunc
ergo exaudi ds nr orationem serui tui
& preces eius · & ostende faciem tuam
super scuarium tuum · quod desertum
est · Propter temetipsum inclina ds me
us aurem tuam & audi · Aperi oculos tu
os · & uide desolationem nram · & ciui
tatem super quam Inuocatum est nom
tuum · Neq enim In iustificationibus
nris prosternimus preces ante faciem
tuam · Sed in miserationibus tuis mul
tis · Exaudi dne · placare dne · Atten
de · & fac · Ne moreris propter tem&

ipsum ds meus · quia nomen tuum inuo
catum est super ciuitatem · & super po
pulum tuum · dne ds noster · TELLIS ·

FERIA TERTIA

LEC · LIBRI REGUM · IN DIEBUS

FACTUS EST SERMO DNI · AD
heliam thespiten dicens · Surge ·
vade in sareptha sidoniorum · & mane
bis ibi · Praecepi enim ibi mulieri uiduę ·
ut pascat te · Surrexit · & abiit sare
ptham · Cumq; uenisset ad portam ciui
tatis · apparuit ei mulier uidua colligens
ligna · & uocauit eam · dixitq; ei · Da mi
hi paululum aquae in uase ut bibam ·
Cumq; illa pergeret ut afferret · clamauit
post tergum eius dicens · Affer mihi ob
secro & buccellam panis · in manu tua ·
Quae respondit · Uiuit dns ds tuus ·
quia non habeo panem · nisi quantum pu

gillus capere potest farinae in ydria: & paulululum olei in lecito. En colligo duo ligna. ut ingrediar. & faciam illud mihi & filio meo. ut comedamus. & moriamur. Ad quam helias ait. Noli timere. sed uade. & fac sicut dixisti. Uerumtamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum. & affer ad me. Tibi autem & filio tuo. facies postea. Haec autem dicit dns ds israhel. Ydria farinae non deficiet. nec lecitus olei minuetur. usq; ad diem in qua daturus est dns pluuiam super faciem terrae. Quae abiit. & fecit iuxta uerbum heliae. & comedit ipse & illa. & domus eius. Ex illa die ydria farinae non defecit. & lecitus olei non est imminutus. Iuxta uerbum dni. quod locutus est in manu heliae.

FERIA QUARTA.

LECTIO LIBRI HESTER.

IN DIEBUS ILLIS.

ORAUIT HESTER AD DNM
dicens. Dne dne rex omnipo
tens. In tua ditione cuncta sunt
posita. & non est qui possit resistere tu
ae uoluntati. Si decreueris saluari nos.
continuo liberabimur. Tu enim fecisti
dne caelum & terram. & quicquid cae
li ambitu continetur. Tu es ds omniu.
& non est qui resistat maiestati tuae.
Et nunc dne rex regum. ds abraham. mi
serere populo tuo. quia uolunt nos ini
mici nri perdere. & hereditatem tuam
delere. Ne despicias partem tuam qua
redemisti tibi. sed exaudi deprecatione
nostram. & propitius esto sorti & funicu
lo hereditatis tuae. Et converte lu
ctum nostrum in gaudium. ut uiuentes

laudemus nomen tuum. Et ne per
das ora canentium te. dne ds nr.

FERIA V. AD SCAM MARIA TRANS TIB

LECT. HIEREMIE PROPHETAE

HAEC DICIT DNS.
MALEDICTUS HOMO QUI
confidit in homine. & ponit
carnem brachium suum. & a dno re
cedit cor eius. Erit enim quasi my
ricae in deserto. & non uidebit cum ue
nerit bonum. Sed habitabit in siccita
te in deserto. in terra salsuginis. & inha
bitabili. Benedictus vir qui confidit
in dno. & erit dns fiducia eius. Et e
rit quasi lignum quod transplantatur
super aquas. quod ad humorem mit
tit radices suas. & non timebit cum ue
nerit aestus. Et erit folium eius uiri
de. & in tempore siccitatis non erit sol

lictum · nec aliquando desinet facere fru
ctum · Prauum est cor omnium et inseru
tabile · quis cognoscet illud? Ego dns
scrutans cor · et probans renes · Qui do uni
cuique iuxta uiam · et iuxta fructum ad
inuentionum suarum · Dicit dns · omps ·

FERIA SEXTA

LEC · LIB · GENESIS · IN DIEBUS ILL ·

DIXIT IOSEPH FRATRIBUS
suis · Audite somnium meum
quod uidi · Putabam ligare nos mani
pulos in agro · et quasi consurgere ma
nipulum meum et stare · uestrosque ma
nipulos circumstantes · adorare manipu
lum meum · Responderunt fratres eius ·
Numquid rex noster eris? aut subiciemur
dicioni tuae? Haec ergo causa somnio
rum atque sermonum · inuidiae et odii
fomitem ministrauit · Aliud quoque

uidit somnium · quod narrans fratribus
ait · Uidi per somnium quasi solem
& lunam · & stellas undecim · adorare
me · Quod cum patri suo & fratribus
retulisset · Increpauit eum pater & di
xit · Quid sibi uult hoc somnium quod
vidisti · Numquid ego & mater tua
& frs tui · adorabimus te super terram ·
Inuidebant igitur ei frs sui · pater vero
rem tacitus considerabat · Cumque
fratres illius in pascendis gregibus pa
tris morarentur in sichem · dixit ad eu
israhel · Fratres tui pascunt oues in siei
mis · veni · mittam te ad eos · Quo respon
dente · praesto sum · ait · Uade & uide
si cuncta prospera sint erga frs tuos &
pecora · & renuntia mihi · quid agatur ·
Missus de ualle hebron · venit in sichem ·
Inuenitque eum vir errantem in agro ·

& interrogauit quid quaereret · At ille
respondit · Fr̄s meos quaero · Indica mihi ·
ubi pascant greges · Dixitque ei uir ·
Recesserunt de loco isto · Audiui autem
eos dicentes · eamus in dothaim · Perexit
ergo ioseph post fr̄s suos · & inuenit eos in dotha
im · Qui cū uidissent eū procul · antequā accede
ret ad eos · cogitauerunt illum occidere · & mu
tuo loquebant̄ · Ecce somniator uenit · uenite
occidamus eū · & mittamus in cisternā ueterē ·
dicemusq; · fera pessima deuorauit eum ·
Et tunc apparebit · quid illi prosint som
nia sua · Audiens hoc ruben · nitebatur
liberare eum de manibus eorum · & di
cebat · Non interficiamus animam eius ·
nec effundamus sanguinem · sed proici
te eum in cisternam hanc quae est in so
litudine · manusque ur̄as seruate inno
xias · Hoc autem dicebat · Volens eri

pere eum de manibus eorum · & reddere
patri suo · SABB · AD S · MARCELLI · ET PETR ·
LECT · LIBRI GENESIS ·

IN DIEBUS ILLIS ·
DIXIT REBECCA FILIO SUO
iacob · Audiui patrem tuum lo
quentem cum esau fratre tuo · & dicentē
ei · Affer mihi de uenatione tua · & fac
cibos ut comedam · & benedicam tibi
coram dno · antequam moriar · Nunc
ergo fili mi · acquiesce consiliis meis · &
pergens ad gregem · affer mihi duos he
dos optimos · ut faciam ex eis escas pa
tri tuo · quibus libenter uescitur · Quas
cum intuleris & comederit · benedicat
tibi priusquam moriatur · Cui ille re
spondit · Nosti quod esau frater meus
homo pilosus sit · & ego lenis · Si attra
ctauerit me pater meus & senserit · ti

meo ne putet sibi uoluisse illudere & in
ducat super me maledictionem pro be
nedictione; Ad quem mater. In me sit
ait ista maledictio fili mi. tantum audi
vocem meam. & pergens affer quae dixi.
Abiit & attulit. deditque matri. Parauit
illa cibos sicut nouerat uelle patrem il
lius. & uestibus esau ualde bonis quas a
pud se habebat domi. Induit eum. Pel
liculasque hedorum circumdedit ma
nibus. & colli nuda protexit. Deditque
pulmentum. & panes quos coxerat tradi
dit. Quibus illatis. dixit. Pater mi; At
ille respondit; Audio. Quis es tu fili mi?
Dixitque iacob. Ego sum esau primogeni
tus tuus. feci sicut praecepisti mihi. Sur
ge sede. & comede de uenatione mea.
ut benedicat mihi anima tua. Rur
sum isaac ad filium suum. Quomodo

Inquit tam cito inuenire potuisti fili
mi? Qui respondit. Uoluntas di fuit.
ut cito mihi occurreret quod uolebam.
Dixitque isaac. Accede huc ut tangam
te fili mi. & probem utrum tu sis filius
meus esau. an non. Accessit ille ad pa
trem. & palpato eo. dixit isaac. Uox
quidem vox iacob est. sed manus. ma
nus sunt esau. Et non cognouit eum.
quia pilosae manus. similitudinem
maioris expresserant. Benedicens er
go illi. ait. Tu es filius meus esau. Re
spondit. Ego sum. At ille. Affer mihi
inquit cibos de uenatione tua fili mi.
ut benedicat tibi anima mea. Quos
cum oblatos comedisset. obtulit ei etiam
uinum. Quo hausto. dixit ad eum. Acce
de ad me. & da mihi osculum fili mi. Ac
cessit. & osculatus est eum. Statimque

ut sensit uestimentorum eius fraglan
tiam · benedicens · ait · Ecce odor filii
mei · sicut odor agri cui benedixit dns ·
D& tibi dns de rore caeli · & de pingue
dine terrae · abundantiam frumenti · &
uini · & olei · & seruiant tibi populi · & ad
orent te tribus · Esto dns fratrum tuo
rum · & incuruentur ante te filii matris
tuae · Qui maledixerit tibi · sit ille ma
ledictus · Et qui benedixerit tibi · be
nedictionibus repleatur · Uix isaac ser
monem impleuerat · & egresso iacob
foras · uenit esau · coctosque de uenatio
ne cibos intulit patri · dicens · Surge pa
ter mi · & comede de uenatione filii tui ·
ut benedicat mihi anima tua · Dixitq;
illi isaac · Quis enim es tu · Qui respon
dit · Ego sum filius tuus primogenit;
esau · Expauit isaac stupore uehemen

ti · & ultra quam credi potest admirans.
ait · Quis igitur ille est · qui dudum
captam uenationem attulit mihi · & co
medi ex omnibus prius quam tu ueni
res · Benedixique ei · & erit benedictus ·
Auditis esau sermonibus patris · irrugiit
clamore magno · & consternatus · ait ·
Benedic & iam mihi pater mi · Qui ait ·
Uenit germanus tuus fraudolenter · &
accepit benedictionem tuam · At ille
subiunxit · Juste uocatum est nomen
eius iacob · supplantauit enim me · en
altera uice · Primogenita mea ante
tulit · & nunc secundo · subripuit bene
dictionem meam · Rursumque ad pa
trem · Numquid non reseruasti ait &
mihi benedictionem · Respondit isa
ac · Dominum tuum illum constitui ·
& omnes fratres eius · seruituti illius sub

iugaui · Frumento & uino stabiliui eu̅ ·
& tibi post haec fili mi ultra quid faciam?
Cui esau ait · Num unam inquit tan
tum benedictionem habes pater? Mihi
quoque obsecro · ut benedicas · Cumq(ue)
heiulatu magno fleret · motus isaac ·
dixit ad eum · In pinguedine terrae ·
& in rore caeli desuper · erit benedi
ctio tua ·

DOMIN̄ · III · QUADRAGES̄ · AD S · LAURENT̄ ·



LECT̄ · EP̄ · BEATI PAULI APLI
AD EFFESIOS · FRS ·
ESTOTE IMMI
TATORES DĪ · SICUT
filii karmi · Et ambulate
in dilectione · sicut & XPC dilexit nos ·
& tradidit semetipsum pro nobis · ob
lationem & hostiam dō · in odorem sua
uitatis · Fornicatio autem · & omnis

Immunditia · aut auaritia · nec nomine
tur in uobis · sicut decet scos · Aut tur
pitudo · aut stultiloquium · aut scurrili
tas quae ad rem non pertinet · sed magis
gratiarum actio · Hoc autem scitote in
tellegentes · quod omnis fornicator · aut
immundus · aut auarus · quod est idolo
rum seruitus · non habet haereditatem
in regno xpi et di · Nemo uos seducat
inanibus uerbis · Propter haec enim ·
uenit ira di · in filios diffidentiae · No
lite ergo effici participes eorum · Era
tis enim aliquando tenebrae · nunc
autem lux in dno · Ut filii lucis ambu
late · Fructus enim lucis est in omni
bonitate et iustitia · et ueritate ·

FERIA SECUNDA STATIO AD
SANCTUM MARCUM ·

LECTIO LIBRI REGU · IN DIEB. ILL ·

NEAMAN PRINCEPS MILI
TIAE regis syriae · erat uir ma
gnus apud dominum suum · &
honoratus · Per illum enim · dedit dn̄s
salutem syriae · Erat autem uir fortis &
diues · sed leprosus · Porro de syria e
gressi fuerant latrunculi · & captiuam
duxerunt de terra israhel puellam par
uulam · quę erat In obsequio uxoris nea
man · Quae dixit ad dominam suam ·
Utinam fuiss& dominus meus ad prophe
tam qui est In samaria; p̄fecto eum curas
s& a lepra quam hab& · Ingressus est itaq;
neaman ad dominum suum · & nuncia
uit ei dicens · Sic & sic locuta est puella
de terra israhel · Dixitq; ei rex syriae ·
Uade · & mitto litteras ad regem israhel · Qui
cum profectus ess& · & tulisset secum de
cem talenta argenti · & sex milia aureos ·

& decem mutatoria uestimentorum · detu
lit litteras ad regem israhel · In haec uerba ·
Cum acceperis epistolam hanc · scito quod
miserim ad te neaman seruum meum · ut
cures eum a lepra sua · Cumq; legiss& rex
israhel litteras · scidit uestimenta sua · & a
it · Numquid ds sum · ut occidere pos
sim & uiuificare · quia iste misit ad me
ut curem hominem a lepra sua? Anim
aduertite & uidete · quod occasiones
quaerat aduersum me · Quod cum au
diss& heliseus uir di · scidisse uidelic&
regem israhel uestimenta sua · misit ad
eum dicens · Cur scidisti uestimenta
tua? ueniat ad me · & sciat prophetam
esse in israhel · Uenit autem neaman
cum equis & curribus · & stetit ad ostium
domus helisei · Misitq; ad eum eliseus
nuncium dicens · Uade & lauare septi

es in iordane · et recipiet sanitatem caro
tua · atque mundaberis · Iratus neaman
recedebat dicens · Putabam quod egre
deretur ad me · et stans inuocaret nomen
dī sui · et tangeret manu sua locum lepre ·
et curaret me · Numquid non meliores
sunt abana et farfar fluuii damasci omni
bus aquis israhel · ut lauer in eis et mun
der · Cum autem uertisset se · et abiret
indignans · accesserunt ad eum serui sui ·
et locuti sunt ei · Pater · et si rem grandē
dixisset tibi propheta · certe facere de
bueras · Quanto magis quia nunc dixit
tibi · lauare · et mundaberis · Descen
dit · et lauit in iordane septies · iuxta ser
monem uiri dī · et restituta est caro eius ·
sicut caro pueri paruuli · et mundatus
est a lepra · Reuersusque ad uirum dī
cum uniuerso comitatu suo · uenit et

stetit coram eo & ait. Vere scio quod
non sit ds̄ alius in universa terra. nisi tan
tum dn̄s ds̄ israhel.

FERIA. III. AD SCAM PVDENTIANA
LEC LIB. REGVM. IN DIEB. ILLIS.

MULIER QUAIDAM CLAMA
bat ad heliseum prophetam di
cens. Servus tuus vir meus mortuus ē.
& tu nosti quia servus tuus fuit timens
dm̄. Et ecce creditor uenit. ut tollat
duos filios meos. ad serviendum sibi. Cui
dixit heliseus. Quid uis ut faciam tibi.
Dic mihi. quid habes in domo tua. At illa
respondit. Non habeo ancilla tua quic
quam in domo mea. nisi parum olei quo
unguar. Cui ait. Vade & pete mutuo
ab omnibus uicinis tuis. uasa uacua non
pauca. & ingredere & claude ostium cū
intrinsecus fueris tu & filii tui. & mitte

inde in omnia uasa haec · & cum plena
fuerint tolles · Iuit itaq; mulier · & clau
sit ostium super se · & super filios suos ·
Illi offerebant uasa · & illa infundebat ·
Cumq; plena fuissent uasa · dixit ad filiū
suum · Affer mihi adhuc uas · Et ille
respondit · Non habeo · Stetitq; oleū ·
Venit autem illa · & indicauit homini dī ·
Et ille · Uade inquit uende oleum · &
redde creditori tuo · Tu autem · & filii
tui · uiuite de reliquo ·

FERIA IIII · AD SCM XIXTUM
HIC LIBI XODI · HĘC DIC DNS ·
HONORA PATREM TUUM ·
& matrem tuam · ut sis longęuus
super terram · quam dns ds tuus dabit
tibi · Non occides · Non mechaberis · N̄
furtum facies · Non loqueris contra pro
ximum tuum falsum testimonium ·

Non concupisces· domum proximi tui·
nec desiderabis uxorem eius· Non ser
uum· Non ancillam· Non bouem· Non a
sinum· nec omnia quae illius sunt·
Cunctus autem populus uidebat uoces &
lampades· & sonitum bucinę· montemq;
fumantem· Et perterriti· ac pauore cō
cussi· steterunt procul dicentes moysi·
Loquere tu nobis· & audiemus· Non
loquatur nobis dns· ne forte moriamur·
Et ait moyses ad populum· Nolite time
re· Ut enim probaret uos uenit ds· &
ut terror illius esset in uobis· & non pec
caretis· Stetitque populus de longe·
moyses autem accessit ad caliginem·
in qua erat ds· Dixitq; praeterea dns ad mo
ysen· Hęc dices filiis israhel· Uos uidistis· quod
de cęlo locutus sim uobis· Non facietis deos ar
genteos· nec deos aureos facietis uobis·

Altare de terra facietis mihi · & offeretis
super eum holocausta & pacifica uestra ·
Oues uras & boues · In omni loco in quo
memoria fuerit · nominis mei ·

FERIA · V · AD SCM SILUESTRUM ·
LEC · HIEREMIE PPHETAE · IN DIEB; ILL ·

FACTUM EST UERBUM DNI AD
me dicens · Sta in porta domus
dni · & praedica ibi verbum istud & dic ·
Audite uerbum dni omnis iuda qui
ingredimini per portas has · ut adore
tis dnm · Haec dicit dns exercituum · ds
israhel · Bonas facite uias uestras & stu
dia ura · & habitabo uobiscum in loco i
sto · Nolite confidere in uerbis menda
cii · dicentes · Templum dni · templum
dni · templum dni est · Quoniam si bene
dixeritis uias uras & studia ura · & si fece
ritis iudicium inter uirum & proximum

eius· Aduenae· & pupillo· & uiduae non
feceritis calumniam· nec sanguinem inno
centem effuderitis in loco hoc· & post de
os alienos non ambulaueritis in malum uo
bismetipsis· habitabo uobiscum in loco isto·
In terra quam dedi patribus uris· a saeculo
& usq; in saeculum· Dicit dns omps·

FERIA QUINTA· TILLIS·
LECT· LIB· NUMERI· IN DIEBUS

CONUENERUNT FILII ISRAHEL AD
moysen & aaron· & uersi in seditio
nem dixerunt· Da nobis aquam· ut biba
mus· Ingressusq; moyses & aaron dimis
sa multitudine tabernaculum foederis·
corruerunt proni in terram· clamaueruntq;
ad dnm· atq; dixerunt· Dne ds exaudi
clamorem populi huius· & aperi eis the
saurum tuum fontem aquae uiuae· ut
satiati· cesset murmuratio eorum· Et

apparuit gloria dni super eos. Locutusq;
est dns ad moysen dicens. Tolle uirgam.
& congrega populum tu & aaron fr tuus.
& loquimini ad petram coram eis. & illa
dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de
petra. bibet omnis multitudo. & iumenta
eius. Tulit igitur moyses uirgam. quae
erat in conspectu dni. sicut praeceperat
ei. congregata multitudine ante petram.
dixitq; eis. Audite rebelles. & increduli.
Num de petra hac uobis aquam poterimus
eicere? Cumq; eleuass& moyses manum.
percutiens uirga bis silicem. egressae sunt
aquae largissimae. ita ut biber& popu
lus. & iumenta. Dixitq; dns ad moysen
& aaron. Quia non credidistis mihi. ut
scificaretis me coram filiis israhel. non in
troducetis hos populos in terram quam
dabo eis. Haec est aqua contradictionis.

ubi iurgati sunt filii israhel contra dnm·
& scificatus est in eis·

SABBATO ——— FIBUS ILLIS·

LEC· DANIHELIS PPHET· IN DIE

ERAT VIR IN BABYLONE· ET
nomen eius ioachim· Et accepit
uxorem nomine susannam· filiam belchi
ae· pulchram nimis· & timentem dm·
Parentes enim illius cum essent iusti· erudi
erunt filiam suam· secundum legem moysi·
Erat autem ioachim dives valde· & erat ei
pomarium uicinum domui suae· Et ad
ipsum confluebant omnes iudei· eo quod
ess& honorabilior omnium· Et constituti
sunt duo senes iudices in anno illo· de qui
bus locutus est dns· Quia egressa est iniqui
tas de babylone· a senioribus iudicibus· qui
uidebantur regere populum· Isti frequen
tabant domum ioachim· & ueniebant

ad eos omnes qui habebant iudicia. Cū
autem populus reuertiss& post meridiē.
Ingrediebatur susanna. & deambulabat
In pomario uiri sui. Et uidebant eam se
nes cottidie ingredientem & deambulan
tem. & exarserunt in concupiscentia eius.
Et euerterunt sensum suum. & declinauer̄
oculos suos ut non uiderent caelum. neq;
recordarentur iudiciorum iustorum. Fa
ctum est autem cum obseruarent diem
aptum. quando eam possent Inuenire solā.
Ingressa est aliquando sola sicut heri & nu
dius tertius. cum duabus solis puellis. vo
luitq; lauari in pomario. Aestus quippe
erat. Et non erat ibi quisquam. praeter
duos senes absconditos. Dixit ergo puel
lis. Afferte mihi oleum & smigmata. &
ostia pomarii claudite. ut lauer. Cum
autem egressae essent puellae. surrexe

runt duo senes · & accurrerunt ad eam · & dixerunt · Ecce ostia pomarii clausa sunt · & nemo nos uidet · Quam obrem assentire nobis · & commiscere nobiscu̅ · Quod si nolueris · dicemus contra te testimonium · quod fuerit tecum iuuenis · & ob hanc causam emisisti puellas a te · Ingemuit susanna · & ait · Angustiae mihi sunt undiq; · Si enim hoc egero · mors mihi est · si autem non egero · non effugiam manus uestras · Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus ura̅s · quam peccare in conspectu dn̅i · Et exclamauit uoce magna susanna · Exclamauerunt autem & senes aduersus eam · Cum autem audissent clamorem in pomario famuli domus · irruerunt per posticium · ut uiderent quidnam esset · Postquam autem senes locuti sunt · erubuerunt serui uehementer ·

quia numquam dictus fuerat sermo
huiuscemodi de susanna. Et facta est
dies crastina. Cumq; uenisset populus
ad uirum eius ioachim. uenerunt et duo
prbri pleni iniqua cogitatione aduer
sus susannam. ut interficerent eam.
Et dixerunt coram populo. Mittite ad
susannam filiam helchiae. uxorem ioa
chim. Et statim miserunt. Et uenit
cum parentibus et filiis. et uniuersis co
gnatis suis. Flebant igitur sui. et omnes
qui nouerant eam. Consurgentes igitur
duo prbri in medio populi. posuerunt
manus super caput eius. Quae flens.
suspexit in caelum. Erat enim cor eius.
fiduciam habens in dno. Et dixerunt
prbri. Cum deambularemus in poma
rio soli. ingressa est haec cum duabus
puellis. et clausit ostia pomarii. et dim

sit puellas· Uenitq; ad eam adolescens·
qui erat absconditus· & concubuit cum
ea· Porro nos cum essemus in angulo
pomarii· uidentes iniquitatem· cucur
rimus ad eos· & uidimus eos pariter cō
misceri· Et illum quidem non quiuim̄
compraehendere· quia fortior nobis
erat· & aperto ostio exiliuit· Hanc au
tem cum appraehendissemus· Interroga
uimus quisnam esset adulescens· & no
luit indicare nobis· Huius rei testes su
mus· Credidit eis multitudo quasi se
nibus populi & iudicibus· & condemna
uerunt eā ad mortē· Exclamauit au
tem uoce magna susanna· & dixit· Ds̄
aeterne· qui absconditorū es cognitor·
qui nosti omnia antequam fiant· tu scis
quoniam falsum contra me tulerunt
testimonium· Et ecce morior· cum ni

hil horum fecerim quae isti malitio
si composuerunt aduersum me·
Exaudiuit autem dns uocem eius· Cumq;
duceretur ad mortem· suscitauit dns
spm scm pueri iunioris· cuius nomen da
nihel· Et exclamauit voce magna·
Mundus ego sum· a sanguine huius· Et co
uersus omnis populus ad eum dixit·
Quis est sermo iste quem tu locutus es·
Qui cum staret In medio eorum· ait· Sic
fatui filii israhel· non iudicantes· neq;
quod uerum est cognoscentes· conde
mnastis filiam israhel· Reuertimini ad
iudicium· quia falsum testimonium lo
cuti sunt aduersus eam· Reuersus est er
go populus cum festinatione· Et dixit
ad eos danihel· Separate eos ab inuicē
pcul· & diiudicabo eos· Cum ergo diui
si essent alter ab altero· vocauit unum

de his· & dixit ad eum· Inueterate die
rum malorum· nunc uenerunt pecca
ta tua quae operabaris prius· Iudicans
iudicia iniusta· Innocentes opprimens· &
dimittens noxios· dicente dño· Innocen
tem & iustum· non interficies· Nunc
ergo si uidisti eam· dic sub qua arbore
videris eos colloquentes sibi· Qui ait·
Sub cino· Dixit autem danihel· Recte
mentitus es in caput tuum· Ecce enim
angelus di accepta sententia ab eo· scin
det te medium· Et amoto eo· iussit ue
nire alium· & dixit ei· Semen chanaan
& non iuda· species decoepit te· & con
cupiscentia subuertit cor tuum· Sic fa
ciebatis filiabus israhel· & illae timentes
loquebantur uobis· Sed non filia iuda·
sustinuit iniquitatem urãm· Nunc er
go dic mihi· sub qua arbore comprae

hendeᵱis eos loquentes sibi · Qui ait · Sub
prino · Dixit autem ei danihel · Recte
mentitus es & tu · In caput tuum · Ma
net enim angelus dī gladium habens · ut
secet te medium · & interficiat uos · Ex
clamauit itaq; omnis coetus uoce mag
na · & benedixerunt dō · qui saluat spe
rantes in se · Et consurrexerunt aduer
sum duos prbros · conuicerat enim eos
danihel ex ore suo · falsum dixisse testi
monium · Feceruntq; eis sicuti male ege
rant aduersus pximum · & interfecerunt
eos · Et saluatus est sanguis innoxius ·
In die illa · DOM̄ · IN MEDIO QVADRAG ·
LECT · EP · BI̅ · PAVLI APLI AD
GALATAS · FRATRES ·
SCRIPTVM EST
QVONIAM ABRAHAM
duos filios habuit · unum de an

cilla · & unum de libera · Sed qui de an
cilla · secundum carnem natus est · Qui
autem de libera · per repromissionem ·
Quae sunt per allegoriam dicta · Haec
enim sunt duo testamenta · Unum qui
dem a monte syna in seruitutem gene
rans · quae est agar · Syna enim mons
est in arabia · qui coniunctus est ei quae
nunc est hierusalem · & seruit cum filiis
suis · Illa enim quae sursum est hierusa
lem libera est · quae est mater nr̄a · Scri
ptum est enim · Laetare sterilis quae n̄
paris · erumpe & clama quae non par
turis · quia multi filii desertae · magis
quam eius quae habet uirum · Nos autē
fratres · secundum isaac ꝑmissionis filii
sumus · Sed quomodo tunc qui secun
dum carnem natus fuerat · persequebat̄
eum qui secundum sp̄m · ita & nunc ·

Sed quid dicit scriptura? Eice ancillam & filium eius. Non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Itaq; fratres non sumus ancillae filii sed liberae. Qua libertate xpc nos liberavit.

FERIA II AD SCOS IIII CORONATOS

LEC LIB REGUM. IN DIEBUS ILLIS.

VENERUNT DUAE MULIERES meretrices ad regem salomonem. steteruntq; coram eo. Quarum una ait. Obsecro mi domine. ego & mulier haec habitabamus in domo una. & peperi apud eam in cubiculo. Tertia uero die postquam ego peperi. peperit & haec. Et eramus simul. nullusq; alius in domo nobiscum. exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte. dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempesta nocte silentio. tulit filium meum de latere meo.

ancillae tuae dormientis. & collocauit
in sinu suo. Suum autem filium qui erat
mortuus. posuit in sinu meo. Cumq; sur
rexissem mane. Ut darem lac filio meo.
apparuit mortuus. Quem diligentius
intuens clara luce. depraehendi non esse
meum quem genueram. Respondit q; al
tera mulier. Non est ita. sed filius tuus
mortuus est. meus autem uiuit. E con
trario illa dicebat. Mentiris. Filius
quippe meus uiuit. & filius tuus mortuus
est. Atq; in hunc modum. contendebant
coram rege. Tunc rex ait. Haec dicit. fi
lius meus uiuit. & filius tuus mortuus est.
& ista respondet. Non. Sed filius tuus mor
tuus est. & filius meus uiuit. Dixit ergo
rex. Afferte mihi gladium. Cumq; at
tulissent gladium coram rege. Ait. Di
uidite infantem uiuum in duas partes.

& date dimidiam partem uni · & dimidiam parte alteri · Dixit autem mulier cuius filius erat uiuus ad regem · Commota quippe sunt uiscera eius super filio suo · Obsecro domine · date illi infantem uiuum · & nolite interficere eum · E contrario illa dicebat · Nec mihi nec tibi sit · sed diuidatur · Respondit rex · & ait · Date huic infantem uiuum · & non occidatur · haec est enim mater eius · Audiuit itaque omnis israhel iudicium quod iudicass& rex · & timuerunt regem · Uidentes sapientiam di esse in eo · ad faciendum iudiciu ·

FERIA TIRTIA

LEC · LIB · EXODI · IN DIEBUS ILLIS ·

LOCUTUS EST DNS AD MOYSEN DICENS · Descende de monte · quia peccauit populus tuus · quem eduxisti de terra aegypti · Recesserunt cito de uia · quam ostendisti

eis· Feceruntque sibi uitulum conflatilem·
& adorauerunt· Atque immolantes ei hosti
as· dixerunt· Isti sunt dii tui israhel·
qui te eduxerunt de terra aegypti· Rur
sumque ait dñs ad moysen· Cerno quod
populus iste durae ceruicis sit· dimitte
me· ut irascatur furor meus contra eos·
& deleam eos· faciamque te in gentem ma
gnam· Moyses autem· orabat dñm dm̄
suum dicens· Cur dñe irascitur furor tu
us contra populum tuum· quem eduxisti
de terra aegypti· In fortitudine magna·
& in manu robusta· Ne quaeso dicant
aegypti· callide eduxit eos· ut interfice
ret in montibus· & deleret e terra· Quie
scat ira tua· & esto placabilis super nequi
tia populi tui· Recordare abraham· isaac
& israhel seruorum tuorum· quibus iura
sti per temetipsum dicens· Multiplicabo

semen urm sicut stellas caeli · & uniuer
sam terram hanc de qua locutus sum da
bo semini uro · & possidebitis eam semper
Placatusq; est dns · ne faceret malum quod
locutus fuerat · Et misertus est populo
suo · dns ds nr ·

FERIA IIII AD SCM PAULU · Dns ·
LEC · EZECHIELIS PROPHETAE · Haec dic

SCIFICABO NOMEN MEUM MA
gnum · ut sciant gentes quia ego dns ·
dum scificatus fuero in uobis coram eis ·
Tollam quippe uos de gentibus · & congre
gabo uos de uniuersis terris · & adducã
uos in terram urãm · Et effundam super
uos aquam mundam · & mundabimini ab
omnibus inquinamentis uris · & ab uniuer
sis idolis uris mundabo uos · Et dabo
vobis cor nouum · & spm nouum ponã
in medio uri · Et auferam cor lapideũ

de carne ura · & dabo uobis cor carneum ·
& spm meum ponam In medio uri · Et fa
ciam ut inpraeceptis meis ambuletis · & iu
dicia mea custodiatis · & operemini · Et ha
bitabitis interra · quam dedi patribus uris ·
Et eritis mihi inpopulum · & ego ero uobis
In dm · Dicit dns · omnipotens ·

ITEM ALIA
LEC · ESAIAE PPHETAE · HEC DIC DNS ·

LAUAMINI · MUNDI ESTOTE · AU
ferte malum cogitationum urarum ·
ab oculis meis · Quiescite agere peruer
se · discite bene facere · Quaerite iudiciu ·
subuenite oppresso · Iudicate pupillo · de
fendite uiduam · & uenite · & arguite me
dicit dns · Si fuerint peccata ura ut coc
cinum · quasi nix dealbabuntur · Et si fu
erint rubra quasi uermiculus · ut lana al
ba erunt · Si uolueritis & audieritis · bo

na terrae comedetis. Dicit dns omps.

FERIA QUINTA

VLEC· LIBRI REGU· IN DIEBUS ILLIS·
VENIT MULIER SUNAMITIS AD
heliseum in montem carmeli· & ap
praehendit pedes eius. Et accessit iezi·
ut amoueret eam· Et ait homo di· Dimit
te eam· quia anima eius in amaritudine
est· & dns celauit a me· & non indicauit
mihi. Quae dixit illi. Numquid petiui fi
lium a dno meo· Numquid non dixi tibi
ne illudas me· Et dixit ad iezi· Accinge
lumbos tuos· & tolle baculum meum in
manu tua· & uade· Si occurrerit tibi ho
mo· non salutes eum. Et si salutauerit te
quispiam· ne respondeas illi· & pone bacu
lum meum· super faciem pueri. Porro ma
ter pueri ait. Uiuit dns· & uiuit anima
tua· non dimittam te· Surrexit ergo· &

secutus est eam. Jezi autem praecesserat an
te eos. & posuerat baculum super faciem pu
eri. & non erat uox. neq; sensus. Reversusq;
est in occursum eius. & nunciavit ei. dicens.
Non surrexit puer. Jngressus est ergo domū
heliseus. & ecce puer mortuus iacebat in
lecto eius. Jngressusq; clausit ostium super
se. & super puerum. & orabat ad dn̄m. Et
ascendit. & incubuit super puerum. posuitq;
os suum super os eius. & oculos suos super
oculos eius. & manus suas. super manus eius.
Et incurvavit se super eum. & calefacta est
caro pueri. Et ille reversus. deambulavit
in domo semel. huc & illuc. Et ascendit.
& incurvavit se super eum. & oscitavit pu
er septies. aperuitq; oculos suos. At ille uo
cavit iezi. & dixit ei. Uoca sunamitem
hanc. Quae uocata. ingressa est ad eum.
Qui ait. Tolle filium tuum. Uenit illa. &

corruit ad pedes eius & adorauit super terram. Tulitque filium suum & egressa est. Heliseus uero reuersus est in galgala.

ITEM ALIA.

LECTIO ISAIAE PROPHETAE. IN DIEBUS ILLIS.

LOCUTUS EST ISAIAS PROPHETA dicens. Nisi domus multae desertae fuerint. grandes & pulchrae. absque habitatore. Decem iugera uinearum facient laguunculam unam. & triginta modii sementis. facient modios tres. Uae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. & potandum usque ad uesperum. ut uino aestuetis. Cithara & lyra & tympanum & tibia & uinum in conuiuiis uestris. & opus domini non respicitis. nec opera manuum eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus. quia non habuit scientiam. & nobiles eius interierunt.

fame · & multitudo eius siti exaruit· Pro
ptera dilatauit infernus animam suā·
& aperuit os suum · absque ullo termi
no· Et descendent fortes eius· & po
pulus eius· & sublimes gloriosique eius
ad eum· Et incuruabitur homo · & hu
miliabitur uir· & oculi sublimium · de
primentur· Et exaltabitur dn̄s exer
cituum in iudicio · & ds̄ sanctus · sancti
ficabitur in iustitia· Et pascentur agni
iuxta ordinem suum · & deserta in ub
tatem uersa aduenae comedent· Uę
qui trahitis iniquitatem in funiculis ua
nitatis · & quasi uinculum plaustri pec
catum · Qui dicitis · festinet · & cito ue
niat opus eius ut uideamus· & appro
piet ut ueniat consilium sc̄i israhel ·
& sciemus illum · Uae qui dicitis ma
lum bonum · & bonum malum · po

nentes tenebras lucem · & lucem tene
bras · Ponentes amarum in dulce · & dul
ce in amarum · Uae qui sapientes estis in
oculis u̅ris · & coram uobismetipsis pru
dentes · Uae qui potentes estis ad biben
dum uinum · & uiri fortes ad miscendam
ebrietatem · qui iustificatis impium pro
muneribus · & iustitiam iusti · auferetis
ab eo · Propter hoc sicut deuorat stipu
lam lingua ignis · & calor flammę exurit ·
sic radix eorum quasi fauilla erit · & ger
men eorum ut puluis ascendet · Abiece
runt enim legem dn̅i exercituum · & elo
quium sc̅i israhel blasphemauerunt · Ideo
iratus est furor dn̅i in populo suo · & ex
tendit manum suam super eum · & per
cussit eum · & conturbati sunt montes · &
facta sunt morticina eorum · quasi stercus
in medio platearum · In omnibus his non

est auersus furor eius · sed adhuc manus
eius extenta · Et leuabit signum in na
tionibus p̄cul · & sibilabit ad eum de fin
bus terrae · Et ecce festinus uelociter
veni& · non est deficiens · neque labo
rans in eo · Non dormitabit neque dor
miet · neque soluetur cingulum renum
eius · neque rumpetur corrigia calcia
menti eius · Sagittae eius acutae · & om̄s
arcus eius extenti · Ungulae equorum
eius ut silex · & rotae eius · quasi impe
tus tempestatis · Rugitus eius ut leonis ·
rugi& ut catuli leonum · & appraehen
det & tenebit praedam · & amplexabit̄ ·
& non erit qui eruat · & sonabit super
eum in die illa · sicut sonitus maris · Aspi
ciemus in terram · & ecce tenebrae tribu
lationis · & lux obumbrata est In caligi
ne eius · Ait dn̄s · om̄ps

FER VI AD SANCTUM EUSEBIUM.
LECT LIB REGUM. IN DIEBUS ILLIS.
AEGROTAUIT FILIUS MULIERIS
matris familiae. & erat languor
fortissimus. ita ut non remaneret
in eo halitus. Dixit ergo ad heliam.
Quid mihi & tibi uir di. Ingressus es ad
me. ut rememorarentur iniquitates
meę. & interficeres filium meum. Et
ait ad eam helias. Da mihi filium tuu.
Tulitq; eum de sinu illius. & portauit
in caenaculum ubi ipse manebat. & po
suit super lectum suum. & clamauit ad
dnm & dixit. Dne ds ms. etiamne ui
duam apud quam ego ut cumque su
stentor adflixisti. ut interficeres filium
eius. Et expandit se. atque mensus est
super puerum. tribus uicibus. Cla
mauitque ad dnm & dixit. Dne ds

meus· reuertatur oro anima pueri huius
In uiscera eius· Et exaudiuit dn̄s uocē
heliae· & reuersa est anima pueri intra eū·
& reuixit· Tulitque helias puerum· & de
posuit eum de caenaculo· In inferiorem
domum· & tradidit matri suae· & ait illi·
En uiuit filius tuus· Dixitque mulier
ad heliam· Nunc in isto cognoui quo
niam uir dī es tu· Et uerbum dn̄i· In
ore tuo uerum est·

SABBATO AD SC̄M LAURENTIUM·

LECT̄ ESAIĘ P̄PHETĘ· HEC DICIT DN̄S·
IN TEMPORE PLACITO EXAUDI
ui te· & in die salutis· auxiliatus sum
tui· Et seruaui te· & dedi te In foedus
populi· ut suscitares terram· & posside
res hereditates dissipatas· ut diceres his
qui uincti sunt. exite· & his qui in tene
bris· reuelamini· Super uias pascentur·

& in omnibus planis pascua eorum· Non
esurient neque sitient· & non percutiet
eos aestus & sol· quia miserator eorum re
get eos· & ad fontes aquarum potabit eos·
Et ponam omnes montes in uiam· & semitae
meae exaltabuntur· Ecce isti de longe
uenient· & ecce illi ab aquilone & mari·
& isti de terra australi· Laudate caeli·
& exulta terra· Iubilate montes laudem·
quia consolatus est dominus populum suum·
& pauperum suorum miserebitur· Et
dixit sion· Dereliquit me dominus· & dominus ob
litus est mei· Numquid obliuisci potest
mulier infantem suum ut non misereatur
filio uteri sui· Et si illa oblita fuerit· ego
tamen non obliuiscar tui· Dicit dominus·
omnipotens· ITEM ALIA.
LECTIO ESAIAE PROPHETAE·
HEC DICIT DOMINUS·

OMNES SITIENTES VENITE
ad aquas· & qui non habetis argen
tum · properate · emite · & comedite· Ue
nite · emite absque argento · & absque ul
la commutatione · vinum & lac· Quare
appenditis argentum non in panibus · &
laborem ur̄m non in saturitate· Audite
audientes me · & comedite bonum · & dele
ctabitur in crassitudine anima ur̄a· Inclina
te aurem ur̄am · & uenite ad me · Audite · &
uiu& anima ur̄a· Et feriam uobiscum pa
ctum sempiternum · misericordias dauid
fideles· Ecce testem populis dedi eum · du
cem ac praeceptorem gentibus· Ecce gen
tem quam nesciebas uocabis · & gentes quę
non cognouerunt te ad te current · pro
pter dn̄m d̄m tuum · & s̄cm israbel · quia
glorificauit te· Quaerite dn̄m dum in
ueniri potest · Inuocate eum · dum pro

pe est. Derelinquat impius uiam suam. &
uir iniquus cogitationes suas. & reuertatur
ad dnm. & miserebitur eius. & ad dm nrm.
quoniam multus est ad ignoscendum.
Non enim cogitationes meae cogitationes ue
strae. Neque uiae urae uiae meae. Dicit
dns. Quia sicut exaltantur caeli a terra. sic
exaltatę sunt uiae meae a uiis uris. & co
gitationes meae a cogitationibus uris. Et
quomodo descendit imber & nix de cae
lo & illuc ultra non reuertitur. sed inebri
at terram & infundit eam. & germina
re eam facit. & dat semen serenti. & panē
comedenti. sic erit uerbum meum. quod
egredietur de ore meo. Dicit dns omps.

DOMINICA QUINTA IN QUADRA
GESIMA AD SCM PETRUM IN MEDIAM.
LECT EP BEA PAU APLI AD HEBREOS. FRS.



PC ASSISTENS
PONTIFEX FUTURORUM
bonorum · per amplius & perfecti
us tabernaculum non manufactum · id est
non huius creationis · neque per sanguinem
hyrcorum aut uitulorum · sed per propri
um sanguinem introiuit semel in sca ·
aeterna redemptione inuenta. Si enim
sanguis hyrcorum aut taurorum · & ci
nis uitulae aspersus · inquinatos scificat
ad emundationem carnis · quanto magis
sanguis xpi · qui per spm scm semetipsum
obtulit immaculatum do · & mundauit
conscientiam nram ab operibus mortuis ·
ad seruiendum do uiuenti. Et ideo
noui testamenti mediator est · ut mor
te intercedente in redemptionem earum
praeuaricationum quae erant sub prio
ri testamento · repromissionem accipiant

qui uocati sunt aeternae haereditatis.
In xp̄o ih̄u. dn̄o nr̄o.

FERIA. II. AD SC̄M CHRISOGONUM.
LECT̄ IONAE PPHITAE. IN ILLO DIEBUS.

FACTUM EST UERBUM DN̄I AD
ionam prophetam secundo dicens.
Surge & uade in niniuen ciuitatem ma
gnam. & praedica in ea praedicationem.
quam ego loquar ad te. Et surrexit io
nas. & abiit in niniuen iuxta uerbum dn̄i.
Et niniue erat ciuitas magna. itinere die
rum trium. Et coepit ionas introire in
ciuitatem itinere diei unius. & clamauit &
dixit. Adhuc quadraginta dies. & niniue
subuertetur. Et crediderunt uiri nini
uitae in dn̄o. & praedicauerunt ieiuni
um. & uestiti sunt saccis. a maiore usque
ad minorem. Et peruenit uerbum ad
regem niniue. & surrexit de solio suo. &

abiecit uestimentum suum a se · & Indutus est
sacco · & sedit in cinere · & clamauit · Et
exiit In niniue ex ore regis · & principum
eius dicens · Homines & iumenta · & boues
& pecora · non gustent quicquam · nec
pascantur · & aquam non bibant · Et ope
riantur saccis homines & iumenta · & cla
ment ad dm̄ in fortitudine · Et conuer
tatur uir a uia sua mala · & ab iniquitate
quae est In manibus eorum · Quis scit
si conuertatur & ignoscat ds̄ · & reuerta
tur a furore irae suae & non peribimus ·
Et uidit ds̄ opera eorum · quia conuer
si sunt de uia sua mala · Et misertus est
populo suo · dn̄s ds̄ nr̄ · FER · III · AD SCM̄
CYRIACU̅ · LECT DANIHELIS PPHTE ·
IN DIEBUS ILLIS ·
CONGREGATI SUNT BABILONII
ad regem · & dixerunt ei · Trade no

bis danihelem · qui bel destruxit · & dra
conem interfecit · Alioquin · Interficiemus
te · & domum tuam · Uidit ergo rex · q̄d
irruerent In eum uehementer · & necessita
te compulsus · tradidit eis danihelem · Qui
miserunt eum in lacum leonum · & erat
ibi sex diebus · Porro in lacu erant leones
septem · & dabantur eis cottidie duo cor
pora · & duę oues · & tunc non data sunt
eis · ut deuorarent danihelem · Erat autē
abbacuc propheta in iudea · & ipse coxe
rat pulmentum · & intriuerat panes In al
ueolo · & ibat in campum · Ut ferret mes
soribus · Dixitque angelus dn̄i ad abba
cuc · Fer prandium quod habes in babilo
nem danihelí · qui est in lacu leonum ·
Et dixit abbacuc · Dn̄e · babilonem non
uidi · & lacum nescio · Et apprehendit
eum angelus dn̄i In uertice eius · & porta

uit eum capillo capitis sui· posuitque in
babilone super lacum· In impetu sps sui·
Et clamauit abbacuc dicens· Danihel ser
ue di· tolle prandium quod misit tibi ds·
Et ait danihel· Recordatus enim es mei
dne ds meus· & non dereliquisti diligentes
te· Surgensque danihel· comedit· Porro
angelus di· restituit abbacuc confestim
in loco suo· Uenit ergo rex die septimo·
ut lugeret danihelem· Et uenit ad la
cum· & introspexit· & ecce danihel sedens
in medio leonum· Exclamauit ergo rex
uoce magna dicens· Magnus es dne ds
danihelis· Et extraxit eum de lacu· Illos
autem qui perditionis eius causa fuerant·
intromisit in lacum· & deuorati sunt in
momento coram eo· Tunc rex ait· Paue
ant habitantes in uniuersa terra dm dani
helis· quia ipse est liberator & saluator·

faciens signa & mirabilia in caelo & in terra
qui liberauit danihelem de lacu leonum.

FERIA IIII AD SCM MARCELLUM.
LECT LIB LEUITICI. IN DIEB; ILL.
LOCUTUS EST DNS AD MOYSEN
dicens. Ego dns ds ur. Non facietis fur
tum. non mentiemini. nec decipiet unus
quisque proximum suum. Non periura
bis in nomine meo. nec pollues nomen
di tui. ego dns. Non facies calumniam
proximo tuo. nec ui opprimes eum.
Non morabitur opus mercennarii tui apud
te usque mane. Non maledices surdo.
nec coram caeco pones offendiculum.
sed timebis dnm dm tuum. quia ego sum
dns. Non facies quod iniquum est. nec
iniuste iudicabis. nec consideres perso
nam pauperis. nec honores uultum po
tentis. Iuste iudica proximo tuo. Non

eris criminator & susurro in populis·
Non stabis contra sanguinem proximi tui·
ego dns· Non oderis fratrem tuum in
corde tuo· sed publice argue eum· ne
habeas sup illo peccatum· Non quaeres
ultionem· nec memor eris iniuriae ci
uium tuorum· Diliges amicum tuum·
sicut te ipsum· Ego dns· leges meas cu
stodite· Ego enim sum· dns ds ur·

FER V· LECT DANIHELIS PROPHETE·

IN DIEBUS ILLIS·
ORAVIT DANIHEL DNM
DICENS· Dne ds· ne despicias po
pulum tuum· neque auferas miseri cor
diam tuam a nobis· propter abraham
dilectum tuum· & isaac seruum tuum·
& israhel scm tuum· Quibus locutus es
pollicens· quod multiplicares semen
eorum sicut stellas caeli· & sicut arenā·

quae est in litore maris· Quia dne̅ im
minuti sumus plusquam omnes gentes·
sumusque humiles in uniuersa terra ho
die· propter peccata nostra· Et non est
in tempore hoc princeps· & propheta
& dux· Neque holocaustum· neque sacri
ficium· neque oblatio· neque incensum·
Neque locus primitiarum coram te·
ut possimus inuenire misericordiam·
Sed in anima contrita & spu̅ humilita
tis suscipiamur· sicut in holocausto
arietum & taurorum· Et sicut in mi
libus agnorum pinguium· Sic fiat sa
crificium nr̅m in conspectu tuo hodie.
ut placeat tibi· quoniam non est con
fusio confidentibus in te· Et nunc se
quimur in toto corde & timemus te· &
quaerimus faciem tuam· Ne confundas
nos· sed fac nobiscum iuxta mansuetu

dinem tuam · & secundum multitudinē
misericordiae tuae · & erue nos in mi
rabilibus tuis · Et da gloriam nomini
tuo dn̄e · & confundantur omnes qui
ostendunt seruis tuis mala · Confun
dantur in omnipotentia tua · & robur
eorum conteratur · Et sciant quia tu
es dn̄s ds̄ solus · & gloriosus super omnē
terram · dn̄e ds̄ nr̄ · ITEM ALIA

LECTIO ESAIAE PROPHETAE ·

IN DIEBUS ILLIS ·
DIXIT AESAIAS PROPHETA ·
Uos qui sacerdotes dn̄i uocami
ni · ministri dī nostri · dicetur uobis ·
fortitudinem gentium comedetis · & in
gloria eorum superuenietis · pro con
fusione ur̄a duplici & rubore · laudabunt
partem eorum · Propter hoc in terra
sua duplicia possidebunt · lętitia sem

perpetua erit eis. Quia ego dns diligens iudicium. odio habens rapinam in holocaustū. Et dabo opus eorum in ueritate. & foedus perpetuum feriam. & scietur in gentibus semen eorum. & generatio eorū in medio populorum. Omīs qui uiderint eos cognoscent eos. quia isti sunt semen cui benedixit dns. Ait dns omnipotens. FERIA VI. AD S. STEPHAN.

LECT HIEREMIAE PROPHETĘ.

DIN DIEBUS ILLIS. DIXIT HIEREMIAS. DNE.

Omnes qui te derelinquunt. confundentur. Recedentes a te in terra scribentur. quoniam dereliquerunt uenā aquarum uiuentium dnm. Sana me dne & sanabor. saluum me fac & saluus ero. quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. ubi est uerbum dni. ue

niat. Et ego non sum turbatus te pa
storem sequens. & diem hominis non
desideraui. tu scis. Quod egressum est
de labiis meis. rectum in conspectu tuo
fuit. Non sis mihi tu formidini. spes mea
tu in die afflictionis. Confundantur
qui persecuntur me. & non confundar
ego. Paueant illi. & non paueam ego.
Induc super eos diem aflictionis. Et du
plici contritione contere eos. d̄ne d̄s
noster. SABBATO AD S̄C̄M PETRUM.
LECTIO HIEREMIAE PROPHETAE.
IN DIEBUS ILLIS.
DIXERUNT IMPII IUDEI AD
inuicem. Uenite cogitemus
contra iustum cogitationes. Non
enim peribit lex a sacerdote. neque con
silium a sapiente. nec sermo a prophe
ta. Uenite. & percutiamus eum in lin

gua· & non attendamus ad uniuersos
sermones eius· Attende dne ad me·
& audi uoces aduersariorum meorum·
Numquid redditur pro bono malum·
quia foderunt foueam animae meae·
Recordare quod steterim in conspectu
tuo· ut loquerer pro eis bonum· & auer
terem indignationem tuam ab eis· Pro
ptera da filios eorum in famem· & deduc
eos in manus gladii· Fiant uxores eorū
absque liberis. & uiduae· & uiri earum
interficiantur morte· Iuuenes eorum con
fodiantur gladio in praelio· audiatur
clamor de domibus eorum· Adduces
enim super eos latronem repente· quia
foderunt foueam ut caperent me· & la
queos absconderunt pedibus meis· Tu
autem dne· scis omne consilium eorum
aduersum me in mortem· Ne propiti

eris iniquitati eorum · & peccatum eorū
a facie tua non deleatur · Fiant corru
entes in conspectu tuo · In tempore furo
ris tui · dn̄e d̄s noster ·

ITEM ALIA LECTIO ·

C LECT̄ ESAIĘ PPHĒ · HĘC DIC̄ DN̄S ·
REANS TE IACOB · ET FORMANS
te israhel · Noli timere quia rede
mi te · & uocaui te nomine tuo · meus es
tu · Cum transieris per aquas tecum ero · &
flumina non operient te · Cum ambula
ueris in igne non combureris · & flamma
non ardebit in te ; quia ego dn̄s d̄s tuus
s̄cs israhel · saluator tuus · Dedi propiti
ationem tuam ægyptum · aethiopiam
& saba pro te · ex quo honorabilis factus
es in oculis meis · & gloriosus · Ego dile
xi te · & dabo homines pro te · & populos
pro anima tua · Noli timere quoniam

tecum ego sum · ab oriente adducam se
men tuum · & ab occidente congregabo
te · Dicam aquiloni · da · & austro · noli
prohibere · Affer filios meos de longin
quo · & filias meas ab extremis terrae · &
omnem qui inuocat nomen meum · In
gloria mea creaui eum · & formaui eum ·
& feci eum · Educ foras populum caecum ·
& oculos habentem · Surdum · & aures
ei sunt · Omnes gentes congregatae
sunt simul · & collectae sunt tribus ·
Quis in uobis adnuncia& istud · & quae
prima sunt audire nos faciat · Dentes
eorum iustificentur · & audiant & dicant ·
Uere uos testes mei dicit dns · & seruus
meus quem elegi · ut sciatis & credatis
mihi · & intellegatis quia ego ipse sum ·
Ante me non est formatus ds · & post me
non erit · Ego sum · ego sum dns · & non

est absque me saluator. Ego adnuntiaui
& saluaui. auditum feci. & non fuit in uobis
alienus. Uos estis mei dicit dns. & ego ds.
& ab initio ego sum ipse. & non est qui de
manu mea eruat. Operabor. & quis auer
tet illud. Ait dns omps.

DOM IN DULGENTIIS AD LATERANIS.

LECT. EP. B. P. A. AD PHILIP. FRS

HOC ENIM
SENTITE IN UOBIS. QUOD
& in xpo ihu. Qui cum in for
ma di esset. non rapinam arbitratus est.
esse se aequalem deo. Sed semetipsum
exinaniuit. formam serui accipiens. In si
militudinem hominum factus. & habitu
inuentus ut homo. Humiliauit se ipsu.
factus oboediens usque ad mortem. mor
tem autem crucis. Propter quod & ds

illum exaltauit · & donauit illi nomen qd
est super omne nomen · ut in nomine ihu
omne genu flectatur: caelestium · terre
strium · & infernorum · Et omnis lingua
confiteatur · quia dns ihc xpc · in gloria
est di patris. FERIA SECUNDA.
LECTIO ISAIAE PROPHETAE.
IN DIEBUS ILLIS ·
DIXIT ESAIAS · Dns ds
aperuit mihi aurem · ego autem
non contradico · retrorsum non abii ·
Corpus meum dedi percutientibus · & ge
nas meas uellentibus · Faciem meam non
auerti ab increpantibus · & conspuentib,
in me · Dns ds auxiliator meus · ideo non
sum confusus · Ideo posui faciem meam
ut petram durissimam · & scio quoniam
non confundar · Iuxta est qui iustificat
me · quis contradicit mihi · Stemus

simul· Quis est aduersarius meus· Accedat ad me· Ecce dns ds auxiliator meus. quis est qui condemnet me. Ecce omnes quasi uestimentum conterentur· tinea comedet eos· Quis ex uobis timens dnm audiet uocem serui sui. Qui ambulauit in tenebris· et non est lumen ei. Et speret in nomine dni· et innitatur· super dno do suo·

ITEM ALIA.

LECT ZACHARIE PPHETE.

HEC DICIT DNS·

SI BONUM EST IN OCULIS URIS· afferte mercedem meam· et si non· quiescite· Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos· Et dixit dns ad me· Proice illud ad statuarium· decorum pretium· quod appretiatus sum ab eis· Et tuli triginta argenteos· et proieci illos in domo

dn̄i ad statuarium· Et praecidi uirgam
meam secundam· quae appellabatur fu
niculus· ut dissoluerem germanitatem
inter iudam & israhel· Et dixit dn̄s ad
me· Adhuc sume tibi uasa pastoris stulti·
quia ecce ego suscitabo pastorem in ter
ra· qui derelicta non uisitabit· dispersū
non quaeret· contritum non sanabit· &
id quod stat non enutriet· & carnes pin
guium comedet· & ungulas eorum dis
soluet· O pastor & idolum derelinquens
gregem· gladius super brachium eius· &
super oculum dextrum eius· Brachium
eius ariditate siccabitur· et oculus de
xter eius tenebrescens obscurabitur·
Onus uerbi dn̄i super israhel· Dixit dn̄s
extendens caelum· & fundans terram·
& fingens sp̄m hominis in eo· Ecce ego
ponā hierusalem super liminare crapulae·

omnibus populis incircuitu. Sed & iuda
erit in obsidione. contra hierusalem. Et
erit in illa die. ponam hierusalem lapi
dem oneris. cunctis populis. Omnes qui
uelabunt eam. concisione lacerabuntur.
& colligentur aduersum eam omnia re
gna terrae. In die illa dicit dns. percu
tiam omnem equum instuporem. & a
scensorem eius in amentiam. Et super
domum iuda aperiam oculos meos. & o
mnem equum populorum percutiam in
caecitate. Et dicent duces iuda. In corde
suo. Confortentur mihi habitatores hie
rusalem In dno exercituum. do eorum.
In die illa ponam duces iuda. sicut cami
num ignis in lignis. & sicut faciem ignis
in foeno. Et deuorabunt ad dexteram
& ad sinistram. omnes populos in circui
tu. Et habitabitur hierusalem rursum

in loco suo· in hierusalem· Et saluabit dn̄s
tabernacula iuda sicut in principio· ut
non magnificet glorietur domus dauid·
& gloria habitantium hierusalem con
tra iudam· In die illo proteget dn̄s habi
tatores hierusalem· & erit qui offende
rit ex eis in die illa quasi dauid· & domus
dauid quasi dei· sicut angelus dn̄i in con
spectu eius· Et erit in die illa· quaerā
conuertere omnes gentes· quae ueni
unt contra hierusalem· Et effundam
super domum dauid· & super habitato
res hierusalem· sp̄m gratiae & precum·
Et aspicient ad me quem confixerunt·
& plangent eum planctu· quasi super
unigenitum· & dolebunt super eum· ut
doleri solet in morte primogeniti· In die
illa· magnus erit planctus in hierusalē·
Sicut planctus adremon· in campo ma

gedon· Et plangent terrae familiae se
orsum· Familiae domus dauid seorsum·
& mulieres eorum seorsum· Familiae
domus nathan seorsum· & mulieres eo
rum seorsum· Familiae domus leui se
orsum· & mulieres eorum seorsum· Fa
miliae domus semei seorsum· & mulie
res eorum seorsum· Omnes familiae re
liquae familiae· & familiae seorsum· &
mulieres eorum seorsum· In die illa
erit fons patens domui dauid· & habi
tantibus hierusalem· In ablutione pec
catoris & menstruatę· Erit in die illa
dicit dns exercituum· disperdam no
mina idolorum de terra· & non nomi
nabuntur ultra· & prophetas & spm im
mundum auferam de terra· Et erit
cum prophetauerit quispiam ultra·
dicent ei pater eius & mater eius: qui

genuerunt eum. Non uiues. quia men
dacium locutus es in nomine dn̄i. Et
configent eum pater eius & mater eius.
genitores eius. cum prophetauerit. Et
erit in die illa confundentur prophetę.
unusquisque ex uisione sua. cum prophe
tauerit. Nec operientur pallio sacci
no. ut mentiantur. Sed dicet. non sum
propheta. ego sum agricola homo. quo
niam adam exemplum meum ab ado
lescentia mea. Et dicetur ei. Quid sunt
plagae istae in medio manuum tuarum.
Et dicet. His plagatus sum in domo eo
rum. qui diligebant me. Framea susci
tare super pastorem meum. & super
uirum cohęrentem mihi. dicit dn̄s
exercituum. Percute pastorem. & di
spergentur oues. Et conuertam ma
num meam ad paruulos. & erunt in

omni terra dicit dns. Partes duae in ea
disperdentur & deficient. & tertia pars
relinquetur in ea. Et ducam tertiam
partem per ignem. & uram eos sicut uri
tur argentum. & probabo eos sicut pro
batur aurum. Ipse inuocabit nomen
meum. & ego exaudiam eum. Dicam.
Populus meus es. Et ipse dicet. dns ds
nr.

FER III. AD SCAM PRISCAM.

LECTIO HIEREMIE PPHETAE.

IN DIEBUS ILLIS. DIXIT HIEREM.
Dne. demonstrasti mihi & cogno
ui. tu ostendisti mihi studia eorum.
Et ego quasi agnus mansuetus qui por
tatur ad uictimam. & non cognoui.
quia cogitauerunt super me consilia
dicentes. Mittamus lignum in panē
eius. & eradamus eum de terra uiuen

tium · & nomen eius · non memoretur am
plius · Tu autem dne sabaoth · qui iudi
cas iuste · & probas renes & corda · vi
deam ultionem ex eis · Tibi enim reuela
ui causam meam · dne ds meus · Item
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE ·
IN DIEBUS ILLIS ·
DIXERUNT IMPII IUDAEI AD
semetipsos · Uenite circumueni
amus iustu · quoniam inutilis est nobis ·
& contrarius operibus nris · Et impro
perat nobis peccata legis · & diffamat
in nos peccata disciplinae nrae · Pro
mittit se scientiam dei habere · & filium
dei se nominat · Factus est nobis intra
ductionem · cogitationum animarum
nrarum · Grauis est nobis etiam ad uiden
dum · quoniam dissimilis est aliis uita il
lius · & immutatae sunt uiae eius · Tam

quam nugaces aestimati sumus ab illo · & ab
stinet se a uiis nris tamquam ab immun
diciis · & praefert nouissima iustorum · &
gloriatur patrem se deum habere · Uide
amus ergo si sermones illius ueri sint · &
temptemus quae uentura sunt illi · & sci
emus quae erunt nouissima illius · Si e
nim est uerus di filius · suscipiet illum · &
liberabit eum de manibus contrariorum ·
Contumelia & tormento interrogemus il
lum · ut sciamus reuerentiam illius · & pro
bemus patientiam eius · Morte turpissi
ma condemnemus illum · erit enim respe
ctus ex sermonibus illius · Haec cogita
uerunt & errauerunt · excaecauit enim
illos malitia eorum · Et nescierunt sa
cramenta di · neque mercedem sperauе
runt iustitiae · nec iudicauerunt ho
norem animarum suarum · Dicit dns ·

omnipotens. FR IIII. AD SCAM MARIA.

LECTIO ESAIAE PROPHETE.

HEC DICIT DNS.

DICITE FILIAE SION. ECCE SALuator tuus ueniet. & merces eius cum eo. Quis est iste qui uenit de edom. tinctis uestibus de bosra. Iste formosus in stola sua. gradiens in multitudine fortitudinis suae. Ego qui loquor iustitiam. & propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum. & uestimenta tua sicut calcantium in torculari. Torcular calcaui solus. & de gentibus non est uir mecum. Calcaui eos in furore meo. & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super uestimenta mea. & omnia indumenta mea coinquinaui. Dies enim ultionis in corde meo. annus re

tribuitionis meae uenit· Circumspexi· & non erat auxiliator· quaesiui· & non fuit qui adiuuaret· & saluauit mihi brachium meum· & indignatio mea· ipsa auxiliata est mihi· Miserationum dni recordabor· laudem dni super omnia quae reddi dit nobis· dns ds noster·

ITEM ALIA LECTIO·

LECT AESAIAE PROPHETAE·

IN DIEBUS ILLIS· DIXIT ESAIAS·

Dne· quis credidit auditui nro· & bra chium dni cui reuelatum est· Et ascen dit sicut uirgultum coram eo· & sicut radix· de terra sitienti· Et non est spe cies ei neque decor· & uidimus eum· & n erat aspectus· & desiderauimus eum despectum· & nouissimum uirorum·

Uirum dolorum· & scientem infirmita tem· & quasi absconditus uultus eius·

& despectus: unde nec reputavimus eum. Ue
re languores nros ipse tulit. & dolores
nros ipse portavit. Et nos putavimus
eum quasi laeprosum. & percussum a
dō. & humiliatum. Ipse autem vulne
ratus est propter iniquitates nras. attri
tus est propter scelera nra. Disciplina
pacis nrae super eum. & livore eius sa
nati sumus. Omnes nos quasi oves er
ravimus. Unusquisque a via sua declina
vit. & dns posuit in eo iniquitatem
omnium nrm. Oblatus est quia ipse
voluit. & non aperuit os suum. Sicut
ovis ad occisionem ducetur. & quasi
agnus coram tondente se obmutescet.
& non aperiet os suum. De angustia
& de iudicio sublatus est. generatio
nem eius quis enarrabit. Quia absci
sus est. de terra viventium. Propter

scelus populi mei percussi eum · & dabit
impios pro sepultura · & diuitem pro mor
te sua · Eo quod iniquitatem non fecerit ·
nec dolus fuerit in ore eius · & dn̄s uolu
it conterere eum in infirmitate · Si posu
erit pro peccato animam suam · uidebit
semen longaeuum · & uoluntas dn̄i in
manu eius dirigetur · pro eo quod tradi
dit in mortem animam suam · & cum sce
leratis reputatus est · Et ipse peccata
multorum tulit · & pro transgressorib,
orauit · ut non perirent · Dicit dn̄s omp̄s ·

FER̄ V · QUANDO CRISMA C̄FICIT̄ ·

LECT̄ · AD CORINTH̄ · FRS ·


ONUENIEN
TIBUS UOBIS IN UNUM ·
iam non est dominicam
caenam manducare · Unusquisque
enim · suam caenam praesumit ad man

ducandum· Et alius quidem esurit·
alius autem ebrius est· Numquid do
mos non habetis ad manducandum &
bibendum· aut ecclesiam di contemni
tis· & confunditis eos qui non habent·
Quid dicam uobis· Laudo uos· In hoc
non laudo· Ego enim accepi a dno· qd
& tradidi uobis· quoniam dns ihc in
qua nocte tradebatur· accepit pane·
& gratias agens· fregit & dixit· Hoc est
corpus meum quod pro uobis tradetur·
hoc facite in meam commemorationem·
Similiter & calicem· postquam caena
uit· dicens· Hic calix nouum testamen
tum est in meo sanguine· hoc facite
quotienscumque bibetis in meam com
memorationem· Quotienscumque eni
manducabitis panem hunc· & calicem
bibetis· mortem dni adnunciabitis·

donec ueniat. Itaque quicumque manducauerit panem. uel biberit calicem dni indigne. reus erit corporis & sanguinis dni. Probet enim se ipsum homo. & sic de pane illo edat. & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne. iudicium sibi manducat & bibit. non diiudicans corpus dni. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles. & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus. non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a dno corripimur. ut non cum hoc mudo damnemur.

FER. VI. AD HIERUSALEM.

LECTIO OSIAE PPH. HEC DIC DNS.

IN TRIBULATIONE SUA. MANE CONsurgent ad me dicentes. Uenite & reuertamur ad dnm. quia ipse coepit

& sanabit nos. percutiet. & curabit nos.
Uiuificabit nos post duos dies. In die ter
tia suscitabit nos. Et uiuemus in con
spectu eius. sciemus. sequemurque. ut
cognoscamus dnm. Quasi diluculum
praeparatus est egressus eius. & ueniet
quasi imber nobis temporaneus. & se
rotinus terrae. Quid faciam tibi effra
im? Quid faciam tibi iuda? Misericor
dia ura quasi nubes matutina. & quasi
ros mane pertransiens. Propter hoc do
laui in prophetis. & occidi eos in uerbis
oris mei. & iudicia mea quasi lux egre
dientur. Quia misericordiam uolui &
non sacrificium. & scientiam di. plusquā
holocausta. ITEM ALIA.

LECTIO LIBRI EXODI.

IN DIEBUS ILLIS.
DIXIT DNS AD MOYSI N ET

aaron · in terra aegypti · Mensis iste uo
bis principium mensium · primus erit
in mensibus anni · Loquimini ad uniuer
sum coetum filiorum israhel · & dicite
eis · Decima die mensis huius · tollat
unusquisque agnum per familias &
domos suas · Sin autem minor est nu
merus ut sufficere possit ad uescendū
agnum · assumet uicinum suum qui
iunctus est domui eius · iuxta nume
rum animarum · quae sufficere pos
sunt ad aesum agni · Erit autem agnꝰ
absque macula · masculus anniculus ·
Iuxta quem ritum · tolletis & haedum ·
Et seruabitis eum usque ad quartam
decimam diem mensis huius · immo
labitque eum uniuersa multitudo fi
liorum israhel ad uesperum · Et su
ment de sanguine · ac ponent super

82

utrumque postem · & in superliminari
bus domorum · in quibus comedent il
lum· Et edent carnes nocte illa assas
igni · & azimos panes· cum lactucis agre
stibus· Non comedetis ex eo crudum
quid · nec coctum aqua· sed assum tan
tum igni· Caput cum pedibus eius &
intestinis uorabitis· & os eius non con
fringetis· nec remanebit ex eo quicquā
usque mane· Siquid residuum fuerit.
igni comburetis· Sic autem comede
tis illum· Renes u̅r̅o̅s̅ accingetis· calcia
menta habebitis in pedibus· tenentes
baculos in manibus· & comedetis festi
nantes· Est enim phase· id est transi
tus dn̅i·

INCIPIUNT LECTIONES
IN UIGILIA PASCHAE·
LECTIO LIBRI GENESEOS·

INPRINCIPIO CREAVIT DS CAELUM ET TERRAM.
Terra autem erat inanis & uacua. &
tenebrae super faciem abyssi. & sps
di ferebatur super aquas. Dixitque
ds. Fiat lux. Et facta est lux. Et
uidit ds lucem quod esset bona. &
diuisit lucem a tenebris. Appellauitq;
lucem diem. & tenebras noctem. Factu
que est uespere & mane dies primus.
Dixit quoque ds. Fiat firmamentum
in medio aquarum. & diuidat aquas ab
aquis. Et fecit ds firmamentum. diui
sitque aquas quae erant sub firmamen
to. ab his quae erant super firmamen
tum. Et factum est ita. Uocauitque
ds firmamentum caelum. Et factum
est uespere & mane. dies secundus.
Dixit uero ds. Congregentur aquae

quae sub caelo sunt in locum unum·
& appareat arida· Factumque est ita·
Et uocauit d̄s aridam terram· congre
gationesque aquarum appellauit ma
ria· Et uidit d̄s quod esset bonum·
& ait· Germinet terra herbam uiren
tem & facientem semen· & lignum pomi
ferum faciens fructum iuxta genus suū·
cuius semen in semetipso sit super terrā·
Et factum est ita· Et protulit terra her
bam uirentem· & afferentem semen iu
xta genus suum· lignumque faciens fru
ctum· & habens unumquodque semen
tem secundum speciem suam· Et ui
dit d̄s quod esset bonum· factumque
est uespere & mane· dies tertius·
Dixit autem d̄s· Fiant luminaria in
firmamento caeli· & diuidant diem ac
noctem· & sint in signa· & tempora· &

dies & annos· ut luceant in firmamento
caeli· & illuminent terram· Et factum
est ita· Fecitque ds̄ duo magna lumina
ria· luminare maius ut praeess& diei·
& luminare minus· ut praeess& nocti·
Et stellas· & posuit eas in firmamento
caeli· ut lucerent super terram· & prae
sint diei ac nocti· & diuiderent lucem
ac tenebras· Et uidit ds̄ quod esset bo
num· & factum est uespere & mane·
dies quartus· Dixit etiam ds̄· Pro
ducant aquae reptile animae uiuen
tis· & uolatile super terram· sub firma
mento caeli· Creauitque ds̄ coete gran
dia· & omnem animam uiuentem· atq;
motabilem· quam produxerant aquae
in species suas· & omne uolatile secundū
genus suum· Et uidit ds̄ quod esset bo
num· benedixitque eis dicens· Crescite

& multiplicamini · & replete aquas maris ·
auesque multiplicentur super terram ·
Et factum est uespere & mane · dies quintus ·
Dixit quoque ds̄ · Producat terra animā
uiuentem in genere suo · iumenta & reptilia ·
& bestias terrae secundum species suas ·
Factumque est ita · Et fecit ds̄ bestias
terrae iuxta species suas · & iumenta · &
omne reptile terrae · In genere suo · Et
uidit ds̄ quod esset bonum · & ait · Faci
amus hominem ad imaginem & similitu
dinem nrām · & praesit piscibus maris ·
& uolatilibus caeli · & bestiis · uniuersęq;
terrae · omnique reptili · quod mouetur
in terra · Creauitque ds̄ hominem ad
imaginem suam · ad imaginem dī crea
uit illum · masculum & feminam creauit
eos · Benedixitque illis ds̄ · & ait · Cre
scite & multiplicamini · & replete terram ·

& subiecite eam · & dominamini piscibus
maris · & uolatilibus caeli · & uniuersis
animantibus quae mouentur super
terram · Dixitque ds · Ecce dedi uobis
omnem herbam afferentem semen sup
terram · & uniuersa ligna quae habent
in semetipsis sementem generis sui · ut
sint uobis in aescam · & cunctis ani
mantibus terrae · omnique uolucri cae
li · & uniuersis quae mouentur in ter
ra · & in quibus est anima uiuens · ut
habeant ad uescendum · Et factum est
ita · Uiditque ds cuncta quae fecit · &
erant ualde bona · Et factum est uespe
re & mane · die sextus · Igitur perfecti
sunt caeli & terra · & omnis ornatus eorū ·
Compleuitq; ds die sexto opus suum quod
fecerat · & requieuit die septimo ab uni
uerso opere quod patrarat ·

ITEM ALIA LECTIO.
LECT. LIBRI GENESIS.

NOE UERO CUM QUIN
gentorum esset annorum.
genuit sem cham & iafeth.
Cumque coepissent homines multiplica
ri super terram. & filios procreassent. ui
dentes filii di̅ filias eorum quod essent
pulchrae. acceperunt sibi uxores ex
omnibus quas elegerant. Dixit quoque
ds̅. Non permanebit sp̅s meus in homi
ne inaeternum. quia caro est. Erunt
que dies illius centum uiginti annorū.
Uidens autem ds̅ quod multa malitia
hominum creuiss& in terra. & cuncta
cogitatio cordis intenta ess& ad malum
omni tempore. poenituit eum quod ho
minem fecisset in terra. Et tactus do
lore cordis intrinsecus. & praecauens in

futurum· delebo inquit hominem quē
creaui a facie terrae· ab homine usque
ad animantia· a reptili usque ad uolu
cres caeli· poenitet enim me fecisse eos·
Dixitque dš ad noe· Finis uniuersae
carnis uenit coram me· repleta est
terra iniquitate a facie eorum· & ego
disperdam eos cum terra· Fac tibi ar
cam de lignis leuigatis· mansiunculas
in arca facies· & bitumine linies intrin
secus & extrinsecus· & sic facies eam·
Trecentorum cubitorum erit longi
tudo arcae· quinquaginta cubitorū
latitudo· & triginta cubitorum alti
tudo illius· Fenestram facies in arca·
& in cubito consummabis summitatē
eius· Ostium autem arcae· pones ex
latere deorsum· Caenacula & triste
ga facies in ea· Ecce ego adducam

diluuii aquas super terram. Ut interfi
ciam omnem carnem. In qua sps̄ est ui
tae subter caelum. Uniuersaq; quae in
terra sunt consumentur. Ponamque
foedus meum tecum. & ingredieris ar
cam tu. & filii tui. uxor tua. & uxores
filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis
animantibus uniuersae carnis. bina indu
ces in arcam. ut uiuant tecum. masculi
ni sexus & feminini. De uolucribus iuxta
genus suum. & de iumentis in genere suo.
& ex omni reptili terrae secundum genus
suum. bina de omnibus ingredientur
tecum. ut possint uiuere. Tolles igitur
tecum ex omnibus aescis quae mandi pos
sunt. & comportabis apud te. & erunt
tam tibi quam illis in cibum. Fecit ergo
noe omnia quae praeceperat illi ds̄.
Eratque sexcentorum annorum. quando

diluuii aquae inundauerunt super
terram · Rupti sunt omnes fontes abys
si magnae · & cataractae caeli aper
tae sunt · & facta est pluuia magna
super terram · quadraginta diebus · &
quadraginta noctibus · In articulo di
ei illius ingressus est NOE · SEM · CHAM
& IAFETH · filii eius · uxor illius · & tres
uxores filiorum eius cum eis in arcam ·
Ipsi & omne animal secundum genus
suum · Vniuersaque iumenta in genere
suo · & omne quod mouetur super ter
ram In genere suo · cunctumque uolati
le secundum genus suum · Porro arca
ferebatur super aquas · & aquae praeua
luerunt nimis super terram · Opertiq;
sunt omnes montes excelsi · sub uniuer
so caelo · Quindecim cubitis altior fuit
aqua · super montes quos operuerat ·

Consumptaque est omnis caro quae mo
uebatur super terram · volucrum · ani
mantium · bestiarum · omniumque repti
lium quae reptant super terram · Re
mansit autem solus noe & qui cum eo
erant · in arca · Obtinuerunt que aquae
terras centum quinquaginta diebus ·
Recordatus est autem dn̄s d̄s noe · cun
ctorumque animantium · & omnium
iumentorum quae erant cum eo in ar
ca · Adduxit sp̄m super terram · & im
minutae sunt aquae · & clausi sunt fon
tes abyssi · & cataractae caeli · & prohi
bitae sunt pluuiae de caelo · Reuersęq;
sunt aquae de terra · euntes & redeun
tes · Cumque transissent quadragin
ta dies · aperiens noe fenestram arcae
quam fecerat · dimisit coruum · Qui
egrediebatur & non regrediebatur ·

donec siccarentur aquae super terram·
E misit quoque columbam post eum·
ut uideret si iam cessassent aquae sup
faciem terrae· Quę cum non inuenis
set ubi requiesceret pes eius· reuersa
est ad eum in arcam· Aquae enim e
rant super uniuersam terram· Exten
ditque manum· & apprachensam in
tulit in arcam· Expectatis autem ul
tra septem diebus aliis· rursum dimi
sit columbam ex arca· At illa uenit
ad eum ad uesperam· portans ramum
oliuae uirentibus foliis in ore suo·
Intellexit ergo noe· quod cessassent
aquae super terram· Locutus est au
tem dns ad noe dicens· Egredere de
arca· tu & uxor tua· filii tui· & uxo
res filiorum tuorum tecum· Cuncta
animantia quae sunt apud te· ex omn

carne · tam in uolatilibus quam in be
stiis · & uniuersis reptilibus quae reptant
super terram · educ tecum · & ingredim
ni super terram · Crescite & multiplica
mini super eam · Egressus est ergo noe ·
& filii eius · uxor illius · & uxores filiorū
eius cum eo · Sed et omnia animantia · iu
menta · & reptilia quae reptant super
terram secundum genus suum · de arca
egressa sunt · Aedificauit autem noe
altare dn̄o · & tollens de cunctis peco
ribus & uolucribus mundis · obtulit
holocausta super altare · Odoratusque
est dn̄s · odorem suauitatis · IT · ALIA ·
LECT · LIBRI GENESIS ·
IN DIEBUS ILLIS · TEMPTAUIT D̄S
abraham · R̄ · Iniugit pentecostes ·
ITEM ALIA LECTIO ·
LECT · LIB · EXODI · IN DIEB ILLIS ·

FACTUM EST IN UIGILIA
matutina · & ecce respiciens dn̄s
super castra aegyptiorum per co
lumnam ignis & nubis · interfecit
exercitum eorum · & subuertit rotas
curruum · ferebanturque in profun
dum · Dixerunt ergo ęgyptii · Fugia
mus israhelem · dn̄s enim pugnat pro
eis contra nos · Et ait dn̄s ad moysen ·
Extende manum tuam super mare · ut
reuertantur aquae ad aegyptios · su
per currus & equites eorum · Cumque
extendisset moyses manum contra
mare · reuersum est primo diluculo ·
ad priorem locum · Fugientibusque
agyptiis · occurrerunt aquae · & in
uoluit eos dn̄s in mediis fluctibus ·
Reuersaeq; sunt aquae · & cooperuerunt
currus & equites cuncti exercitus pha

raonis· qui sequentes ingressi fuerant
mare· nec unus quidem superfuit ex eis·
Filii autem israhel· perrexerunt per me
dium sicci maris· & aquae eis erant qua
si pro muro· a dextris & a sinistris· Libe
rauitque dns in die illo israhel de ma
nu aegyptiorum· et uiderunt aegy
ptios mortuos super litus maris· & ma
num magnam quam exercuerat dns
contra eos· Metuitque populus dnm·
& crediderunt dno· & moysi seruo eius·
Tunc cecinit moyses & filii israhel car
men hoc dno· & dixerunt·
CANTEMUS DNO· GLORIOSE ENIM
honorificatus est· equum & ascensorem
deiecit in mare·
Fortitudo mea & laus mea dns· & factus est
mihi in salutem·
Iste ds meus· & glorificabo eum· ds patris

mei · et exaltabo eum ·

Dominus quasi uir pugnator · omnipotens nomen eius · Electi principes eius · submersi sunt in mari rubro ·

Dominus regnabit in aeternum et ultra ·

Filii autem israhel ambulauerunt per siccum in medio eius ·

Sumpsit ergo maria prophetissa soror aaron tympanum in manu · Egressaeque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis · et choris · Quibus praecinebat maria

DICENS ·

Cantemus domino · gloriose enim magnificatus ·

ITEM ALIA LECTIO ·

LECTIO ESAIAE PROPHETAE ·

HAEC EST HEREDITAS SERUORUM domini · et iustitia eorum apud me dicit dominus · Omnes sitientes uenite ad aquas · et qui non habetis ar

gentium · properate · emite · & comedi
te · Uenite · emite absque argento · &
absque ulla commutatione · vinum ·
& lac · Quare appenditis argentum non
in panibus · Et laborem ur̄m non in sa
turitate · Audite audientes me · & co
medite bonum · et delectabitur in cras
situdine anima ur̄a · Inclinate aurē ur̄am ·
& uenite ad me · audite · & uiuet anima ur̄a ·
Et feriā uobiscū pactū sempiternum · mi̅dias da
uid fideles · Ecce testem populis dedi eū · ducē
ac p̄ceptorem gentibus · Ecce gentē quā ne
sciebas uocabis · & gentes quae non
cognouerunt te ad te current · pro
pter dn̄m dm̄ tuum · & sc̄m israhel ·
quia glorificauit te · Quaerite dn̄m
dum inueniri potest · Inuocate eum
dum prope est · Derelinquat impius
uiam suam · & uir iniquus cogitatio

nes suas · & reuertatur ad dnm · & mi
serebitur eius · & ad dm nrm · quonia
multus est ad ignoscendum · Non eni
cogitationes meae cogitationes urae ·
neque uiae urae uiae meae · dicit dns ·
Quia sicut exaltantur caeli a terra · sic
exaltatae sunt uiae meae a uiis uris ·
& cogitationes meae · a cogitationibus
uestris · Et quomodo descendit imber
& nix de caelo · & illuc ultra non reuer
titur · sed inebriat terram & infundit
eam · & germinare eam facit · & dat
semen serenti · & panem comedenti ·
sic erit uerbum meum · quod egredietur
de ore meo · Dicit dns · omnipotens ·

ITEM ALIA LECTIO

LECT HIEREMIAE PPHETAE ·

AUDI ISRAHEL MANDATA UITAE ·

REQ. In uigilia pentecost ·

90

91

LECT EZECHIHELIS PPHETAE.

FACTA EST SUPER ME MANUS DNI.
& eduxit me in spu dni. Et dimi
sit me In medio campi. qui erat ple
nus ossibus. & circumduxit me per
ea in girum. Erant autem multa ual
de super faciem campi. siccaque ue
hementer. Et dixit ad me. Fili ho
minis. putasne uiuunt ossa ista.
Et dixi. Dne ds tu nosti. Et dixit
ad me. Uaticinare de ossibus istis. &
dices eis. Ossa arida. audite uerbu
dni. Haec dicit dns ds ossibus his.
Ecce ego intromittam in uos spm. &
uiuetis. & dabo super uos neruos. &
succrescere faciam super uos carnes.
& superextendam in uobis cutem. &
dabo uobis spm. & uiuetis. & scietis
quia ego dns. Et prophetaui. sicut

praeceperat mihi· Factus est autem
sonitus prophetante me· & ecce com
motio· Et accesserunt ossa ad ossa·
unumquodque ad iuncturam suam·
Et uidi· et ecce super ea nerui & car
nes ascenderunt· & extenta est in eis
cutis desuper· & spm non habebant·
Et dixit ad me· Uaticinare ad spm·
uaticinare fili hominis· & dices ad
spm· Haec dicit dns ds· A quatuor
uentis ueni sps· & insuffla super in
terfectos istos· ut reuiuiscant· Et
prophetaui· sicut praeceperat mihi·
Et ingressus est in ea sps· & uixerunt·
& steterunt super pedes suos· exerci
tus magnus nimis ualde· Et dixit
ad me· Fili hominis· ossa haec uni
uersa· domus israhel est· Ipsi di
cunt· aruerunt ossa nra· & periit

spes nra · & abscisi sumus · Propterea
uaticinare · & dices ad eos · Haec di
cit dns ds · Ecce ego aperiam tumu
los uros · & educam uos de sepulchris
uris populus meus · & inducam uos in
terram israhel · & scietis quia ego dns ·
Cum aperuero sepulchra ura · & eduxe
ro uos de tumulis uris populus meus ·
& dedero spm meum in uobis · & uixe
ritis · & requiescere uos faciam · Dicit
dns · omnipotens · ITEM ALIA
LECTIO ISAIAE PROPHETAE ·
A IN DIEBUS ILLIS
PPRAEHENDENT SEPTEM MULI
eres uirum unum in die illa · dicen
tes · Panem nrm comedemus · & ue
stimentis nris operiemur · tantummo
do inuocetur nomen tuum super nos ·
aufer opprobrium nrm · In die illa e

rit germen dn̄i in magnificentia &
gloria · & fructus terrae sublimis · & e
xultatio his qui saluati fuerint de isra
hel · Et erit omnis qui relictus fuerit
in sion · & residuus in hierusalem · s c̄s uo
cabitur · omnis qui scriptus est in uita ·
in hierusalem · Si abluerit dn̄s sordē
filiarum sion · & sanguinem in hierusa
lem lauerit de medio eius · In sp̄u iudi
cii · & sp̄u ardoris · Et creabit dn̄s su
per omnem locum montis sion · & ubi
inuocatus est · nubem per diem · & fumū ·
& splendorem ignis · flammantis in no
cte · Super omnem enim gloriam pro
tectio · & tabernaculum erit in umbra
culum diei ab aestu · & in securitatem ·
& absconsionem · a turbine · & a pluuia ·

VINEA DN̄I SPECIOSA FACTA EST ·

Cantabo nunc dilecto cantico dilectae
uineae meae ·
Uinea facta est dilecta in cornu in loco uberi ·
Et aedificauit turrim in medio eius ·
& torcular fodi in ea ·
Et maceriam circumdedi & circumfodi ·
& plantaui uineam sorech ·
Nunc homo qui habitas in hierusalem ·
Iudica inter me & uineam meam ·
Debuerat enim facere uuas · fecit autem spinas ·
Sustinui ut faceret iustitiam ·
fecit autem iniquitatem ·
Diruam maceriam eius · ñ plantabitur ·
Neque fodietur ·
Vae qui coniungitis domum ad domum · &
agrum ad agrum copulatis · usque
ad terminum loci ·
Numquid habitabitis soli uos in medio terrae ·
In auribus meis sunt haec · dni exercituum ·

LECTIO LIBRI DEUTERONOMII.

IN DIEBUS ILLIS

SCRIPSIT MOYSES CANTICUM.
& docuit filios israhel. Praecepitq;
dns iosue filio nun. & ait. Confor
tare. & esto robustus. tu enim introdu
ces filios israhel in terram quam pollici
tus sum. & ego ero tecum. Postquam
ergo scripsit moyses uerba legis huius
in uolumine. atque compleuit. prae
cepit leuitis qui portabant arcam foe
deris dni dicens. Tollite librum istum.
& ponite illum in latere arcae foede
ris dni di uri. ut sit ibi contra te in te
stimonium. Ego enim scio contentio
nem tuam. & ceruicem tuam durissi
mam. Adhuc uiuente me. & ingredi
ente uobiscum. semper contentiose e
gistis contra dnm. quanto magis cum

mortuus fuero. Congregate ad me
omnes maiores natu per tribus ur̄as.
atque doctores. & loquar audientibus
eis sermones istos. & inuocabo contra
eos caelum & terram. Noui enim quod
post mortem meam inique agetis. & de
clinabitis cito de uia quam praecepi
uobis. & occurrent uobis mala in ex
tremo tempore. quando feceritis ma
lum in conspectu dñi. ut irritetis eum
ꝑ opera manuum ur̄arum. Locutus est
ergo moyses audiente uniuerso coetu
israhel uerba carminis huius. & ad fi
nem usque compleuit.

ATTENDI CAELUM.

Gaudebo in dō salutari meo. Dñe ds.
Dñe audiui auditionem tuam & timui.
Dñe opus tuum in medio annorum.

uiuifica illud. Dne ds.

In medio annorum notum facies.
Cum iratus fueris. misriae
RECORDABERIS. Dne ds.

Ds ab austro ueniet. & scs de monte umbroso

Operuit caelos gloria eius.
Et laudis eius plena est terra. Dne ds.

Splendor eius ut lux erit.
Cornua in manibus eius. Dne ds.

Suscitans suscitabis arcum tuum.
Iuramenta tribubus quę locut' es. Dne ds.

Egressus es in salute populi tui.
In salute cum xpo tuo. Dne ds.

Uiam fecisti in mari equis tuis.
In luto aquarum multarum. Dne ds.

Ego autem in dno gaudebo.
Et exultabo in do ihu meo. Dne ds.

Ds dns fortitudo mea. Dne ds

Et ponet pedes meos quasi ceruorum.

Et super excelsa mea deducet me ·
victori in psalmis canentem · Domine deus ·
Laudabo in deo salutari meo · Domine deus
virtus mea · HIC LEGITUR DANIHEL ·

LECTIO DANIHELIS PROPHETAE ·

IN DIEBUS ILLIS
NABUCHODONOSOR REX
fecit statuam auream · altitu
dine cubitorum sexaginta · latitudine
cubitorum sex · & statuit eam in campo
duram · prouinciae babilonis · Itaque na
buchodonosor rex misit ad congregan
dos satrapas · magistratus & iudices · du
ces & tyrannos · & praefectos · omnesque
principes regionum · ut conuenirent
ad dedicationem statuae · quam erexe
rat nabuchodonosor rex · Tunc con
gregati sunt satrapae · magistratus & iu
dices · duces & tyranni · & optimates

qui erant in potestatibus constituti · et
uniuersi principes regionum · ut conue
nirent ad dedicationem statuae · quam
erexerat nabuchodonosor rex · Stabant
autem in conspectu statuae · quam posu
erat nabuchodonosor rex · Et praeco
clamabat ualenter · Uobis dicitur po
pulis · tribubus et linguis · In hora qua
audieritis sonitum tubae · et fistulae · et
cytharae · sambucae et psalterii · et sym
phoniae · et uniuersi generis musicorū ·
cadentes adorate statuam auream · quā
constituit nabuchodonosor rex · Si quis
autem non prostratus adorauerit · ea
dem hora mittetur in fornacem ignis
ardentis · Post haec igitur statim ut au
dierunt omnes populi sonitum tubae ·
et fistulae · et cytharę · sambucae et psal
terii · symphoniae · et omnis generis mu

sicorum · cadentes omnes populi · & tri
bus & linguae · adorauerunt statuam
auream · quam constituerat nabuchodo
nosor rex · Statimque in ipso tempore
accedentes uiri chaldei · accusauerunt
iudeos · dixeruntque nabuchodonosor
regi · Tu rex posuisti decretum · ut omnis
homo qui audierit sonitum tubae · fistu
lae · & cytharae · sambucae & psalterii ·
& symphoniae · & uniuersi generis musi
corum · prosternat se · & adoret statuam
auream · Siquis autem non procidens ad
orauerit · mittatur in fornacem ignis ar
dentis · Sunt ergo uiri iudaei · quos con
stituisti super opera regionis babiloniae ·
Sidrach · Misach · & abdenago · uiri isti
contempserunt rex decretum tuum ·
D eos tuos non colunt · & statuam aureã
quam erexisti non adorant · Tunc nabu

chodonosor · In furore & ira praecepit·
ut adducerentur sidrach · Misach · &
abdenago · Qui confestim adducti
sunt in conspectu regis · Quibus na
buchodonosor rex ait · Uerene sidrach
misach · & abdenago · deos meos non
colitis · & statuam auream quam con
stitui non adoratis · Nunc ergo si es
tis parati · quacumque hora audieritis
sonitum tubae · fistulae & cytharae ·
sambucae & psalterii · symphoniae ·
omnisque generis musicorum · proster
nite uos · & adorate statuam auream
quam feci · Quod si non adorauerítis ·
eadem hora mittemini in fornacem
ignis ardentem · Et quis est ds qui
eripiat uos de manu mea · Rsponden
tes sidrac · misac · & abdenago · dixerunt regi
nabuchodonosor · Non oportet nos de

96
97

haere respondere tibi. Ecce enim deus noster quem
colimus. potest eripere nos de camino ignis
ardentis. & de manibus tuis o rex li
berare. quod si noluerit. notum
sit tibi rex. quia deos tuos non colimus.
& statuam auream quam erexisti non
adoramus. Tunc nabuchodonosor
repletus est furore. & aspectus faciei illi
us immutatus est. super sidrach. misach.
& abdenago. Et praecepit ut succende
retur fornax septuplum. quam succendi
solebat. Et uiris fortissimis de exerci
tu suo iussit. ut ligatis manibus & pe
dibus sidrach misach & abdenago. mit
terent eos in fornacem ignis ardentem.
Et confestim uiri illi uincti cum braccis
suis & tyaris. & calciamentis. & uestibus.
missi sunt in medium fornacis ignis ar
dentis. Nam iussio regis urgebat. For

nax autem · succensa erat nimis · Porro
uiros illos qui miserant Sidrach Misach
& abdenago · Interfecit flamma ignis ·
Uiri autem Sidrach Misach & abdenago ·
ceciderunt in medio camini ignis ar
dentis colligati · Et ambulabant in
medio flammae · laudantes dm̄ · & be
nedicentes dn̄m ·


SABBATO SANCTO · STATIO
AD LATERANIS ·
LICT̄ · EPIST̄ · BEATI PAU
LI APTI · AD COLOSENSES ·
FRATRES ·

SI CON
SURRESUR
REXISTIS CUM
xp̄o · quae sursum sunt

97
98

quaerite · ubi xp̄c est in dextera di se
dens · Quae sursum sunt sapite · non
quę super terram · Mortui enim estis.
& uita ur̄a abscondita est cum xp̄o in
do · Cum xp̄c apparuerit uita ur̄a ·
Tunc & uos apparebitis cū ipso · In gloria :

IN NOMINE SCO PASCH ·
LECTIO EPISTOLAE BEATI
PAULI APOSTOLI · AD CORINTHIOS ·



FRS
PVR
ĢATE
VETVS

fermentum · ut sitis noua conspersio ·
sicut estis azimi · Etenim pascha no
strum · Immolatus est xp̄c · Itaque epu
lemur · Non in fermento ueteri · neq;
in fermento malitiae · & nequitiae ·
Sed in azimis sinceritatis · & ueritatis ·

FERIA · II · AD SC̄M PETRUM ·
LECT̄ · ACTUUM APOSTOLORV̄ ·

IN DIEBUS ILLIS ·
STANS PETRUS IN MEDIO PLEBIS ·
DIXIT · Uiri fratres · uos scitis
quod factum est uerbum per
uniuersam iudeam · Incipiens enim
a galilea post baptismum quod prae
dicauit iohannes · ihm̄ a nazareth · quo
modo unxit eum ds̄ spū sc̄o & uirtu
te · qui pertransiuit bene faciendo · &
sanando omnes oppraessos a diabolo ·
quoniam ds̄ erat cum illo · Et nos te

stes sumus omnium quae fecit in regio
ne iudeorum · & hierusalem · quem oc
ciderunt · suspendentes in ligno · Hunc
ds suscitauit tercia die · & dedit eum
manifestum fieri · non omni populo ·
sed testibus praeordinatis a do · nobis
qui manducauimus & bibimus cum illo ·
postquam resurrexit a mortuis · Et prę
cepit nobis praedicare populo & testifi
cari · quia ipse est qui constitutus est a
do · iudex uiuorum & mortuorum ·
Huic omnes prophetae testimonium
perhibent · remissionem peccatorum
accipere per nomen eius · omnes qui
credunt in eum ·

FERIA · III · AD SCM PAULUM ·
LECT · ACTUUM APOSTOLORV.

IN DIEBUS ILLIS · SURGENS PAULUS ·
& manu silentium indicans · ait ·

Uiri frs̄· filii generis abrahā· & q̄ in uobis
timent dm̄· uobis uerbum salutis huius
missum est· Qui enim habitabant hie
rusalem & principes eius· ignorantes
ihm̄· & uoces prophetarum quae per
omne sabbatum leguntur· iudicantes
impleuerunt· Et nullam causam
mortis inuenientes in eum· petierunt
a pilato· ut interficerent eum· Cumq;
consummassent omnia quae de eo
scripta erant· deponentes eum de li
gno· posuerunt in monumento· Ds̄
uero· suscitauit eum a mortuis· Qui
uisus est per dies multos· his qui si
mul ascenderant cum eo de galilea
in hierusalem· qui usque nunc sunt
testes eius ad plebem· Et nos uobis
adnuntiamus eam quae ad patres no
stros repromissio facta est· quoniam

hanc ds̄ adimpleuit filiis nostris. Re
suscitans ihm̄ xp̄m · dnm̄ nrm̄.

FERIA QUARTA

LECT̄ · ACTUUM APOSTOLORŪ

IN DIEBUS ILLIS ·
APERIENS PETRUS OS SUUM
DIXIT. Uiri israhelitae · & qui
timetis dm̄ audite. Ds̄ abra
ham · & ds̄ isaac · & ds̄ iacob · ds̄ patrum
nostrorum glorificauit filium suum
ihm̄ · quem uos quidem tradidistis · & ne
gastis ante faciem pilati · iudicante illo
dimitti. Uos autem scm̄ & iustum ne
gastis · & petistis uirum homicidam do
nari uobis. Auctorem uero uitae inter
fecistis · quem ds̄ suscitauit a mortuis ·
cuius nos testes sumus. Et nunc frs̄ ·
scio quia per ignorantiam fecistis · sicut
& principes uestri. Ds̄ autem quae

praenunciauit per os omnium propheta
rum pati xpm suum · impleuit sic · Poe
nitemini igitur & conuertimini · ut de
leantur uestra peccata ·

FERIA QUINTA ·

LECT · ACTUUM APOSTOLOR

IN DIEBUS ILLIS
ANGELUS DNI · LOCUTUS
est ad philippum dicens ·
Surge & uade contra me
ridianum · ad uiam quae descendit
ab hierusalem in gazam · haec est de
serta · Et surgens · abiit · Et ecce
uir aethiops · eunuchus potens can
dacis reginae aethiopum · qui erat
super omnes gazas eius · uenerat ad
orare in hierusalem · & reuertebatur
sedens super currum suum · legensq;
aesaiam prophetam · Dixit autem

sp̄s philippo. Accede & adiunge te
ad currum istum. Accurrens autem
philippus. audiuit illum legentem
aesaiam prophetam. & dixit. Putasne
intellegis quae legis? Qui ait. Et
quomodo possum. nisi aliquis osten
derit mihi? Rogauitque philippum.
ut ascenderet. & sederet secum. Locus
autem scripturae hic erat. quam lege
bat. Tamquam ouis ad occisionem du
ctus est. & sicut agnus coram tonden
te se sine uoce. sic non aperuit os su
um. In humilitate iudicium eius sub
latum est. generationem illius quis
enarrabit? Quoniam tolletur de
terra. uita eius. Respondens autem
eunuchus philippo dixit. Obsecro te.
de quo propheta dicit hoc? de se.
an de alio aliquo? Aperiens autem

philippus os suum · & incipiens a scriptu
ra ista · euangelizauit illi ihm · Et dum
irent per uiam · uenerunt ad quandam
aquam · & ait eunuchus · Ecce aqua ·
quis prohibet me baptizari · Dixit
autem philippus · Si credis ex toto cor
de licet · Et respondens ait · Credo
filium di esse · ihm · Et iussit stare cur
rum · Et descenderunt uterque in
aquam · philippus & eunuchus · & bapti
zauit eum · Cum autem ascendissent
de aqua · sps dni rapuit philippum · &
amplius non uidit eum eunuchus ·
Ibat autem per uiam suam gaudens ·
philippus autem · inuentus est in azoto ·
Et pertransiens euangelizabat ciuita
tibus cunctis · donec ueniret caesare
am · nomen dni ihu xpi ·

FERIA · VI · AD SCAM MARIAM AD MART ·

XL LECT. EP. BEATI PETRI APLI. R̄ CIII.

XPC SEMEL PRO PECCATIS NRIS mortuus est. iustus pro iniustis. ut nos offerret dō. Mortificatos quidem carne. uiuificatos autem spū. In quo & his qui in carne erant. spū ueniens praedicauit. Qui increduli fuerant aliquando. expectabat di patientia. In diebus noe cum fabricaretur arca. in qua pauci. idest octo animae. saluae factae sunt per aquam. Quod & uos nunc similis formae. saluos facit baptisma. non carnis depositio sordium. sed conscientiae bonae. interrogatio in dm. per resurrectionem ihu xpi. qui est in dextera di.

SABBATO AD LATERANIS.

L LECT. EP. BEATI PETRI APLI. R̄ MI.

DEPONENTES OMNEM MALI

tiam · & omnem dolum · & simulationes ·
& inuidias · & omnes detractiones · sicut
modo geniti infantes · rationabiles sine
dolo · lac concupiscite · ut in eo cresca
tis in salutem · Si tamen gustastis · quo
niam dulcis est dns · ad quem acceden
tes lapidem uiuum · ab hominibus qui
dem reprobatum · a do autem electum
& honorificatum · Et ipsi tamquam
lapides uiui · super aedificamini in do
mos spirtales · sacerdotium scm · offer
re spirtales hostias · acceptabiles do ·
per ihm xpm · Propter quod continet
scriptura · Ecce pono in sion lapidem
summum · angularem · electum · preti
osum · & omnis qui credit in eum · non
confundetur · Uobis igitur honor
credentibus · non credentibus autem ·
lapis quem reprobauerunt aedifican

tes · hic factus est in caput anguli ·
Et lapis offensionis & petra scandali ·
his qui offendunt uerbo · nec credunt
in quo & positi sunt · Uos autem ge
nus electum · regale sacerdotium ·
gens sc̄a · populus acquisitionis · ut
uirtutes adnuntietis eius · qui de
tenebris uos uocauit in admirabile
lumen suum · Qui aliquando non po
pulus · nunc autem populus dī · Qui
non consecuti misericordiam · nunc
autem · misericordiam consecuti ·

DOM̄ · OCTAUA PASCHAE ·
LECT̄ · EP̄ · BEATI IOHANN̄ · APL̄I · K̄ MAI ·



OMNE QUOD
NATUM EST EX DO̅ ·
uincit mundum · Et haec
est uictoria quae uincit mundum ·

fides nra· Quis est autem qui uincit
mundum· nisi qui credit quoniam
ihc est filius di· Hic est qui uenit per
aquam & sanguinem· ihc xpc· Non in
aqua solum· sed in aqua & sanguine·
Et sps est qui testificatur· quoniam xpc
est ueritas· Quia tres sunt qui testi
monium dant· sps· & aqua· & sanguis·
& tres unum sunt· Sicut in caelo
tres sunt· pater· filius· & sps scs· & tres
unum sunt· Si testimonium hominu
accipimus· testimonium di maius est·
Quoniam hoc est testimonium di quod
maius est· quia testificatus est de filio
suo· Qui credit in filium di· habet te
stimonium di in se·

FERIA QUARTA

LECT· AD HEBREOS· FRS·
OBOEDITE PRAEPOSITIS URIS·

& subiacete eis· Ipsi enim peruigilant·
quasi rationem pro animabus uestris
reddituri· ut cum gaudio hoc faciant·
& non gementes· Hoc enim non expe
dit uobis· Orate pro nobis· Confidi
mus enim· quia bonam conscientiam
habemus· In omnibus bene uolentes
conuersari· Amplius autem deprecor
uos hoc facere· ut quo celerius restitu
ar uobis· Ds̄ autem pacis· qui eduxit
de mortuis pastorem magnum ouium·
In sanguine testamenti aeterni dnm̄
nostrum IHM̄· aptet uos in omni bono·
ut faciatis eius uoluntatem· faciens in
uobis quod placeat sibi· Per IHM XPM·
cui est gloria· In sęcula saeculorum
AMEN·

DOM̄· I· POST OCTAVA PASCHAE·
LECT̄· EP̄· BEATI PETRI APL̄I· K̄ MII·

XPC PASSUS E
PRO NOBIS · UOBIS RE
linquens exemplum · ut sequa
mini uestigia eius · Qui pec
catum non fecit · nec inuentus est do
lus in ore eius · Qui cum malediceretur · non maledicebat · Cum pateretur · non comminabatur · Tradebat autem iudicanti se iniuste · qui peccata nra ipse pertulit in corpore suo super lignum · ut peccatis mortui iustitiae uiuamus · Cuius liuore sanati estis · Eratis enim sicut oues errantes · Sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum · animarum uestrarum ·

FERIA QUARTA ·

LECT · EP · BEATI PETRI APLI · KMI ·

SCIENTES QUOD NON CORRUPTI
bilibus argento uel auro redem

pti estis· de uana ura conuersatione pa
ternae traditionis· sed pretioso sangui
ne· quasi agni incontaminati & imma
culati ihu xpi· Praecogniti quidem
ante mundi constitutionem· manife
stati autem nouissimis temporibus pro
pter uos· qui per ipsum fideles estis in
do· qui suscitauit eum a mortuis· & de
dit ei gloriam· ut fides ura & spes es
set in do· Ergo animas uras castifi
cate in oboedientia caritatis· in frater
nitatis amore· Simplici ex corde inui
cem diligite attentius· quasi renati non
ex semine corruptibili· sed incorrupti
bili· per uerbum di uiui· & permanen
tis in aeternum· Quia omnis caro ut
foenum· & omnis gloria eius· tanquā
flos foeni· Exaruit foenum· et flos eius
decidit· Uerbum autem dni· manet

104

in aeternum · DOM · II · P(OST) OCT · PASCHAE ·
LECTIO EPISTOLAE BEATI PETRI
APOSTOLI · ROM · I ·



OBSECRO UOS
TAMQUAM ADUENAS ET
peregrinos · abstinere uos
a carnalibus desideriis · quae militant
aduersus animam · Conuersationem
u(est)ram inter gentes habentes bonam · ut
in eo quod detractant de uobis tam
quam de malefactoribus · ex bonis ope
ribus uos considerantes · glorificent
d(eu)m in die uisitationis · Subiecti estote
omni humanae creaturae · propter d(eu)m ·
Siue regi · quasi praecellenti · Siue du
cibus · tamquam ab eo missis · ad uindi
ctam malefactorum · laudem uero bo
norum · Quia sic est uoluntas d(e)i · ut
bene facientes · obmutescere faciatis im

prudentium hominum ignorantiam·
Quasi liberi· & non quasi uelamen haben
tes malitiae libertatem· sed sicut ser
ui di: Omnes honorate· fraternitatem
diligite· Dm̄ timete· regem honorifi
cate· Serui· subditi estote in omni ti
more dominis· Non tantum bonis &
modestis· sed etiam discolis· Haec est
enim gratia· In xp̄o ihū· dn̄o nr̄o·

FERIA QUARTA·

LECT· EP̄· B· IOH· AP̄LI· R

HAEC SCRIBO UOBIS· UT NON
peccetis· Sed siquis peccaue
rit· aduocatum habemus apud
patrem iustum ihm̄ xp̄m· & ipse est p
pitiatio pro peccatis nostris· Non p
nostris autem tantum· sed etiam pro
totius mundi· Et in hoc scimus quo
niam cognouimus eum· si mandata ei

obseruamus. Qui dicit se nosse eum
& mandata eius non custodit. men
dax est. & in eo ueritas non est. Qui
autem seruat uerbum eius. uere in eo
caritas di perfecta est. In hoc scimus.
quoniam in ipso sumus. Qui dicit se
in ipso manere. debet sicut ille ambu
lauit. & ipse ambulare. Kmi. n mandatu
nouu scribo uobis. sed mandatu uetus.
quod habuistis ab initio. Mandatu
uetus est. uerbum quod audistis. Ite
rum mandatum nouum scribo uobis.
quod est uerum & in ipso. & in nobis.
Quoniam tenebrae transierunt. & lu
men uerum iam lucet. Per IHM
XPM. dominum nostrum.

IN PASCHA ANNOTINO.
LECT. EP. B. P. A. AD PHILIP. FRS
HOC ENIM SENTITE IN UOBIS.

ITEM ALIA UNDE SUPRA·

NLECT· EP· B· P· A· AD EFESIOS· FRS·

NON CESSO GRAS AGENS ꝓ UOBIS·
memoriam uri faciens· Rlq; In an
tea· In ebdomada· IIII· post octauam pentec·
feria· IIII· DOM· III· P OCTAUA PASCH·

LECTIO EP· BEATI IACOBI APLI· KMI·



MNE DATU

OPTIMUM· ET OMNE DONU
perfectum de sursum est· de
scendens a patre luminum· Apud quem
non est transmutatio· nec uicissitudinis
obumbratio· Uoluntarie genuit nos uer
bo ueritatis· ut simus initium aliquod
creaturae eius· Scitis fratres mei dilectis
simi· Sit autem omnis homo uelox ad
audiendum· tardus autem ad loquen
dum· et tardus ad iram· Ira enim uiri·

iustitiam di non operatur· Propter
quod abicientes omnem immunditiam
& abundantiam malitiae· In mansuetu
dine suscipite insitum uerbum· Quod
potest saluare· animas uestras·

FERIA QUARTA

LECT̄· AD THESSALONICEN̄· FRS·

OMNES ENIM UOS FILII LUCIS
estis· & filii diei· Non sumus no
ctis· neque tenebrarum· Igitur·
non dormiamus sicut coeteri· sed ui
gilemus· & sobrii simus· Qui enim dor
miunt· nocte dormiunt· Et qui e
brii sunt· nocte ebrii sunt· Nos autē
qui diei sumus· sobrii simus· Induti
loricam fidei & caritatis· & galeam·
spem salutis· Quoniam non posuit nos
ds̄ in iram· sed in acquisitionem salutis·
per dn̄m nr̄m IHM XPM· qui mortuus

est pro nobis· Ut siue uigilemus· siue
dormiamus· simul cum illo uiuamus·
Propter quod consolamini inuicem·
& aedificate alterutrum· sicut & facitis.
In xp̄o ih̄u· dn̄o nr̄o·

DOM̄· IIII· POST OCTAUA PASCHAE·

LECT̄ EP̄· B· IACOBI AP̄LI·

KARISSIMI·
ESTOTE FA
CTORES UERBI· ET
non auditores tantum·
fallentes uosmetipsos· Quia siquis au
ditor est uerbi & non factor· hic com
parabitur uiro· consideranti uultum
natiuitatis suae in speculo· Conside
rauit enim se & abiit· & statim oblitus
est qualis fuerit· Qui autem perspe
xerit in lege perfectae libertatis & p
manserit· non auditor obliuiosus fact̄·

sed factor operis· hic beatus in facto suo
erit· Siquis autem putat se religiosum
esse· non refrenans linguam suam· sed
seducens cor suum· huius uana est re
ligio· Religio munda & immaculata·
apud dm̄ & patrem haec est· Visitare
pupillos & uiduas in tribulatione ea
rum· & immaculatum se custodire·
ab hoc saeculo·

IN LETANIA MAIORI·

LECT EPĪ· B· IACOBI APLI·

CONFITEMINI ALTERUTRUM
peccata ur̄a· & orate pro inui
cem ut saluemini· Multum
enim ualet· deprecatio iusti assidua·
Helias homo erat similis nobis passibi
lis· & oratione orauit ut non plueret
super terram· & non pluit annos tres·
& menses sex· Et rursum orauit· &

caelum dedit pluuiam · & terra dedit
fructum suum · Si quis autem errauerit
ex uobis a ueritate · & conuerterit
quis eum · scire debet · quoniam qui con
uerti fecerit peccatorem ab errore
uiae suae · saluabit animam eius a mor
te · Et operit multitudinem · peccatorum ·

IN UIGILIA ASCENSIONIS DNI ·
LEC ACT · APL · IN DIEBUS ILLIS ·
MULTITUDINIS CREDENTIUM ·
erat cor unum · & anima una ·
Nec quisquam eorum quę pos
sidebat · aliquid suum esse dicebat ·
sed erant illis omnia communia · Et
uirtute magna reddebant apostoli
testimonium resurrectionis IHU XPI
DNI NRI · & gratia magna erat in omni
bus illis · Neque enim quisquam egens
erat inter illos · Quotquot enim pos

sessores domorum aut agrorum erant.
vendentes afferebant pretia eorum
quae uendebant. & ponebant ante
pedes apostolorum. Diuidebatur au
tem singulis. pro ut cuique opus erat.

IN ASCENSIONE DNI.
LECT. ACT. APLORUM.

PRIMUM
QUIDEM SERMONEM
feci de omnibus o theo
phile. quae coepit ihs fa
cere & docere. usque in diem qua
praecipiens apostolis per spm scm
quos elegit. assumptus est. Quibus
& praebuit se ipsum uiuum post passi
onem suam in multis argumentis. per
dies quadraginta apparens eis. & lo
quens de regno di. Et conuescens.
praecepit eis ab hierosolimis ne disce

derent · sed expectarent promissionē
patris · quam audistis inquit per os
meum · Quia iohannes quidem bapti
zauit aqua · uos autem baptizabimini
spū sc̄o · non post multos hos dies · Igi
tur qui conuenerant · Interrogabant
eum dicentes · Dn̄e si in tempore hoc
restitues regnum israhel? Dixit au
tem eis · Non est ur̄m nosse tempo
ra uel momenta · quae pater posuit
in sua potestate · Sed accipietis uirtu
tem superuenientis sp̄s sc̄i in uos · & e
ritis mihi testes in hierusalem · & in
omni iudea · & samaria · & usque ad ul
timum terrae · Et cum haec dixiss& ·
videntibus illis eleuatus est · & nubes
suscepit eum ab oculis eorum · Cumq;
intuerentur in caelum euntem illū ·
ecce duo uiri astiterunt iuxta illos

in uestibus albis · qui & dixerunt · Uiri galilei · Quid statis aspicientes in caelum · Hic ihs qui assumptus est a uobis in caelum · Sic ueniet quemadmodum uidistis eum · euntem in caelum ·

DOM · POST ASCENS · DNI ·
LECT · EP · B · PETRI · APLI · KMI ·

ESTOTE PRUDENTES · ET UIGILATE IN ORATIONIBUS · Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis caritatem continuam habentes · quia caritas operit multitudinem peccatorum · Hospitales inuicem · sine murmuratione · Unusquisque sicut accepit gratiam · in alterutrum illam amministrantes · sicut boni dispensatores multiformis gratiae di · Siquis loquitur · quasi sermones

di· Siquis ministrat· tamquam ex uir
tute quam amministrat d͞s· ut in omn͞
bus honorificetur d͞s· Per ih͞m xp͞m·
d͞n͞m n͞r͞m·

FERIA QUARTA·
LICT͞· AD HIBRIOS· FR͞S·
VIDIMUS IH͞M XP͞M PROPTER
passionem mortis gloria & ho
nore coronatum· ut gratia d͞i· pro
omnibus gustaret mortem· Dece
bat enim eum ꝓpter que͞ om͞a· & ꝑ que͞
om͞a· q͞ multos filios in gloriam adduxe
rat· auctorem salutis eorum· per pas
siones consummari· Qui enim s͞cifi
cat & qui s͞cificantur· ex uno omnes·
Propter quam causam non confundi
tur fratres eos uocare dicens· Nun
tiabo nomen tuum fratribus meis·
In medio ecclesiae laudabo te· Et

iterum· Ego ero fidens in eum· Et i
terum· Ecce ego & pueri· quos dedit
mihi ds· Quia ergo pueri communi
cauerunt carni & sanguini· & ipse
similiter participauit hisdem· Ut
per mortem destrueret eum qui ha
bebat mortis imperium· Id est diabo
lum· & liberaret eos qui timore mor
tis per totam uitam obnoxii erant
seruituti· Nusquam enim angelos
appraehendit· sed semen abrahae ap
praehendit· Unde debuit per omia
fratribus similari· ut misericors fie
ret· & fidelis pontifex ad dm· ut re
propitiaret delicta populi· In eo eni·
in quo passus est ipse temptatus· po
tens est eis qui temptantur auxiliari·
Unde fratres sci· uocationis caelestis
participes· desiderate apostolum &

111 112

confessionis nrae pontificem · IHM XPM · dnm nrm · SABBATO IN UIGIL PENTECOSTEN · LECT DE ABRAHAM · LECT LIBRI GENESIS ·

IN DIEBUS ILL · TEMPTAUIT DS ABRAHAM · ET DIXIT ad eum · Abraham · abraham · Et ille respondit · Assum · Ait illi · Tolle filium tuum unigenitum quem diligis isaac · & uade in terram uisionis · atque offer eum ibi holocaustum · super unum montium quem monstrauero tibi · Igitur abraham de nocte consurgens · strauit asinum suum · ducens secum duos iuuenes · & isaac filium suum · Cumque concidisset ligna in holocaustum · abiit ad locum quem praeceperat ei ds · Die autem tertio

eleuatis oculis· uidit locum procul.
dixitque ad pueros suos· Expectate
hic cum asino· ego & puer illuc usq;
properantes· postquam adorauerim9·
reuertemur ad uos· Tulit quoque
ligna holocausti· & imposuit super
isaac filium suum· Ipse uero porta
bat in manibus· ignem & gladium·
Cumque duo pergerent simul· dixit
isaac patri suo· Pater mi· At ille re
spondit· quid uis fili? Ecce inquit
ignis & ligna· ubi est uictima holo
causti? Dixit abraham· Ds proui
debit sibi uictimam holocausti fili
mi· Pergebant ergo pariter· uene
runtque ad locum quem ostende
rat illi ds· In quo aedificauit alta
re· & desuper ligna composuit·
Cumque colligasset isaac filium

suum · posuit eum in altari super stru
em lignorum · extenditque manum ·
orauerunt proni in terram · Porro leui
tae silentium faciebant in populo · ad au
diendam legem · Populus autem stabat
in gradu suo · Et legerunt in libro dei
distincte · & aperte ad intellegendum ·
Dixit autem neemias sacerdos · Scribae &
leuitae · dies scificatus est dno do nro ·
nolite lugere · & nolite flere · Et dixit

eis· Ite & comedite pinguia· & bibite
mulsum· & mittite partes eis qui non
praeparauerunt sibi· quia scs dni est· &
nolite contristari· Gaudium &enim
dni· est fortitudo nostra· FERIA VI·
LECTIO OSEAE PPHETAE·

HEC DICIT DNS·
CONUERTERE ISRAHEL AD
dnm dm tuum· quoniam cor
ruisti iniquitate tua· Tolli
te uobiscum uerba· & conuertimini
ad dnm· Dicite ei· omnem aufer ini
quitatem· & accipe bonum· & reddemus
uitulos labiorum nostrorum· Assur
non saluabit nos· super equum non
ascendemus· nec dicemus ultra· Dii no
stri opera manuum nrarum· quia eius
qui in te est misereberis pupilli· Sana
bo contritiones eorum· diligam eos

spontanee · quia auersus est furor me
us ab eis · Ero quasi ros · israhel germi
nabit quasi lilium · Erumpet radix eius
ut libani · ibunt rami eius · Et erit qua
si oliua gloria eius · & odor eius ut liba
ni · Conuertentur sedentes in umbra eius ·
Viuent tritico · & germinabunt quasi
uinea · memoriale eius · sicut uinum liba
ni · Ego exaudiam & dirigam eum · ego
ut abietem uirentem · ex me fructus tu
us inuentus est · Quis sapiens et intelle
get ista? Intellegens sciet haec? Quia re
ctae uiae dni · & iusti ambulabunt in
eis · SABBATO · IN XII · LECTIONES ·

LECTIO LIBRI LEUITICI ·

IN DIEBUS ILLIS
LOCUTUS EST DNS AD MOYSEN
dicens · Decima die mensis huius
septimi · dies expiationum erit celeber

rimus & uocabitur scs. Affligetisque
animas uestras in eo. & offeretis holo
caustum dno. Omne opus seruile non
facietis in tempore diei huius. quia di
es propitiationis est. Ut propitietur
uobis dns ds ur. Omnis anima quae
afflicta non fuerit die hoc. peribit
de populis suis. Et quae operis quip
piam fecerit. delebo eam de populo
suo. Nihil ergo operis. facietis in eo.
Legitimum sempiternum erit uobis.
in cunctis generationibus & habitatio
nibus uris. Sabbatum requietionis est.
affligetis animas uras. Die nono men
sis a uespera usque ad uesperam. cele
brabitis sabbata ura. Dicit dns omps.

ITEM ALIA LECTIO.
LECT LIB LEUITICI. IN DIEBUS ILL.
LOCUTUS EST DNS AD MOY

sen· dicens· Quintodecimo die mensis
septimi· quando congregaueritis omñs
fructus terrae urãe· celebrabitis feri
as septem diebus· Die primo· & die
octauo erit sabbatum· idest requies·
Sumetisque uobis die primo fructus ar
boris pulcherrimae· spatulasque pal
marum· & ramos ligni densarum fron
dium· & salices de torrente· & laetabi
mini coram dño dõ urõ· Celebrabitis
que solemnitatem eius· septem diebus
per annum· Legitimum sempiternum
erit· in generationibus urĩs· Mense
septimo festa celebrabitis· & habitabi
tis in umbraculis· septem diebus· Omñs
qui de genere est israhel· manebit in
tabernaculis· ut discant posteri urĩ·
quod in tabernaculis habitare fecerĩ
filios israhel· cum educerem eos de ter

ra aegypti · Ego dns · ds uester ·

ITEM ALIA LECTIO ·

LECT MICHAE PROPHETAE ·

D

NE DS NR · PASCE POPULU

tuum in uirga tua · gregem
hereditatis tuae · habitantes ter
ram in salutem · iuxta dies antiquos ·
Uidebunt gentes · & confundentur sup
omni fortitudine sua · Quoniam quis ds
similis tui · qui aufers iniquitatem · &
transfers peccatum reliquiarum here
ditatis tuae · Non immittet ultra fu
rorem suum · quoniam uolens misericor
diam · & reuertetur · & miserebitur nri ·
Deponet iniquitates nras · & proiciet in
profundum maris omnia peccata nra ·
Dabis ueritatem iacob · misericordiam
abraham · quae iurasti patribus nris ·
a diebus antiquis · dne ds NR ·

153

154

LECTIO ZACHARIAE PROPHETAE

IN DIEBUS ILLIS.
FACTUM EST UERBUM DNI AD
me dicens. Haec dicit dns ds exer
cituum. Sicut cogitaui ut affligerem uos. cum ad iracundiam me prouocassent patres uri & non sum misertus. sic conuersus cogitaui in diebus istis. ut benefaciam hierusalem & domui iuda. Nolite timere. Haec sunt ergo uerba. quae facietis. Loquimini ueritatē. unusquisque cum proximo suo. Ueritatem & iudicium pacis. iudicate in portis uris. Et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus uris. & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim haec sunt quę odi. dicit dns. Et factum est uerbum dni exercituum ad me. dicens. Haec

dicit dns exercituum · Ieiunium quarti ·
& ieiunium quinti · & ieiunium septimi ·
& ieiunium decimi · erit domui iuda in
gaudium · & in laetitiam · & in solemni
tates praeclaras · Ueritatem tantum
& pacem diligite · Dicit dns · exercituu ·

HIC LEGITUR DANIHEL

LECT · AD HIEBRIOS · FRS

TABIRNACULUM FACTUM EST
primum · in quo erant candelabra
& mensa · & propositio panum · quod
dicitur sca · Post uelamentum autem ·
secundum tabernaculum · quod dici
tur sca scorum · Aureum habens turi
bulum · & arcam testamenti · circum
tectam ex omni parte auro · In qua ur
na aurea habens manna · & uirga aa
ron quae fronduerat · & tabulae testa
menti · Superque eam cherubim glo

riae · ob umbrantia propitiatorium ·
De quibus non est modo dicendum per
singula · His uero ita compositis · in pri
ori quidem tabernaculo · semper introi
bant sacerdotes · sacrificiorum officia
consummantes · In secundo uero semel
in anno solus pontifex · non sine sanguine
quem offerret pro sua & populi ignoran
tia · Hoc significante spu sco · non dum p
latam esse scorum uiam · adhuc priori
tabernaculo habente statum · quae pa
rabola est temporis instantis · Iuxta quā
munera et hostiae offeruntur · quae non
possunt iuxta conscientiam perfectum
facere seruientem · Solummodo in cibis
& in potibus · & uariis baptismis · & iustitiis
carnis · usque ad tempus correctionis
impositis · Xpc assistens pontifex futuro
rum bonorum · per amplius & perfectius

tabernaculum non manufactum · id est n̄
huius creationis · neque per sanguinem
hircorum & uitulorum · sed per propriū
sanguinem introiuit semel in scā · aeter
na redemptione inuenta ·

DOMINICA VACAT

LECT EP̄ B. PAUL AD CO
RINTHIOS FR̄S



GRATIAS AGO DEO MEO SEMPER
pro uobis · in gratia dei
quae data est uobis in xp̄o
ih̄u · Quia in omnibus diuites facti estis
in illo · In omni uerbo & in omni scientia ·
sicut testimonium xp̄i confirmatum
est in uobis · Ita ut nihil uobis desit
in ulla gratia · expectantibus reuelatio
nem dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i · Qui & confirma
uit uos usque ad finem sine crimine · In

die aduentus dni nri · ihu xpi ·

FERIA QUARTA

MORTIFICATE MEMBRA URA · QUAE
sunt super terram · R E Q. Retro in ebdo
mada · II · Post pentec · ITEM ALIA

NESCITIS QUONIAM CORPORA URA
membra xpi sunt? R E Q. In xi dom · Post
oct pentec ·

DOMIN · XVIIII · P9 PENTECOSTES

LECT · EP · B · P · AP · AD EFFESIOS

FRATRES

RENOUAMINI SPU MENTIS URAE ·
& induite nouum hominē
qui secundum dm creat9
est · In iustitia & sctitate ueritatis ·
propter quod deponentes mendatium ·
loquimini ueritatem unusquisque cū
proximo suo · quoniam sumus inuicem

membra· Irascimini· & nolite peccare·
Sol non occidat super iracundiam urãm·
Nolite locum dare diabolo· Qui furaba
tur· iam non furetur· Magis autem
laboret operando manibus suis quod
bonum est· Ut habeat unde tribuat·
necessitatem patienti·

FERIA QUARTA

LECTIO· AD THESSALONIC· FRS

STATE ET TENETE TRADITI
ones quas didicistis· siue per ser
monem· siue per epistolam nrãm·
Ipse autem dñs nr̃ ihc xpc· & ds
pater nr̃· qui dilexit nos· & dedit con
solationem aeternam· & spem bonam in
gratia· consoletur corda urã· & confirmet
in omni opere· & sermone bono· De coe
tero fratres orate pro nobis· Ut sermo dñi
currat & clarificetur sicut & apud uos·

156 157

& ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem d[omi]n[u]s est· qui confirmabit uos· & custodiet a malo. Confidimus autem de uobis in d[omi]no· quoniam quae precipimus· & facitis· & facietis. D[omi]n[u]s autem dirigat corda u[est]ra· In caritate d[e]i· & patientia x[rist]pi.

DOM· XX· POST OCT· PENTECOSTES

LECT· EP· BEATI· P· AP[OSTO]LI AD EFFESIOS· FRATRES

VIDETE QUOMODO CAUTE AMBULETIS· non quasi insipientes· sed ut sapientes. Redimentes tempus· quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes· sed intellegentes quae sit uoluntas d[e]i. Et nolite inebriari uino· in quo est luxuria· sed im

plemini spu. loquentes uobismetipsis.
in spalmis & ymnis. & canticis spiritalibus. cantantes & psallentes in cordibus uestris dno. Gratias agentes semper pro omnibus. in nomine dni nostri ihu xpi. do & patri. Subiecti inuicem. In timore xpi.

FERIA QUARTA.

LECT. AD THESSALON. FRS

DENUNTIAMUS AUTEM uobis in nomine dni nri ihu xpi. ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate. & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos. quoniam non inquieti fuimus inter uos. Neque gratis panem manducauimus ab aliquo. sed in omni labore & fatigatione

nocte & die operantes. ne quem urm̄
grauaremus. Non quasi non habere
mus potestatem. sed ut nosmetipsos
formam daremus uobis. ad imitandos
nos. Nam & cum essemus apud uos.
hoc denunciabamus uobis. quoniam
siquis non uult operari. nec mandu
cet. Audiuimus enim inter uos quos
dam ambulare inquiete. nihil ope
rantes. sed curiose agentes. His autem
qui huiusmodi sunt. denuntiamus &
obsecramus in xp̄o ihū. ut cum silen
tio operantes. suum panem mandu
cent. Uos autem fratres. nolite defi
cere benefacientes. In xp̄o ihū. do
mino nostro.

DOM̄. XXI. POST OCTAUA PENTICOSTES.

LECT̄. EP̄L. B̄E PAULI AP̄LI. AD EFFESIOS.

FRATRES

ONFORTA
MINI IN DNO· ET IN
potentia uirtutis eius·
Induite uos armaturam
di· ut possitis stare aduersus insidias
diaboli· Quoniam non est nobis col
luctatio aduersus carnem & sangui
nem· sed aduersus principes & pote
states· aduersus mundi rectores te
nebrarum harum· contra spiritalia
nequitiae in caelestibus· Propterea
accipite armaturam di· Ut possitis
resistere in die malo· & in omnibus
perfecti stare· Statte ergo succincti
lumbos uestros in ueritate· & indu
ti loricam iustitiae· & calciati pe
des in praeparatione euangelii pa
cis· In omnibus sumentes scutum

fidei · In quo possitis omnia tela ne
quissimi ignea extinguere · Et ga
leam salutis assumite · Et gladium
sp̄s · quod est uerbum dei ·

FERIA QUARTA:

LECT̄ · AD TIMOTHEU̅ · KM̄I ·

NIHIL ENIM INTULIMUS
in hunc mundum · haut
dubium quia nec auferre
quid possumus · Habentes autem
alimenta & quibus tegamur · his con
tenti simus · Nam qui uolunt diui
tes fieri · incidunt in temptationē
& laqueum diaboli · & desideria
multa inutilia & nociua · quae mer
gunt homines in interitum & per
ditionem · Radix enim omnium ma
lorum est cupiditas · quam quidam
appetentes · errauerunt a fide · & in

seruerunt se doloribus multis. Tu
autem homo dei haec fuge. sectare
uero iustitiam. pietatem. fidem. ca
ritatem. patientiam. mansuetudi
nem. Certa bonum certamen fidei.
apprachende uitam aeternam in
qua uocatus es. & confessus es bonā
confessionem. coram multis testibus.
Praecipio tibi coram deo qui uiuifi
cat omnia. & xp̄o ihū. qui testimo
nium reddidit sub pontio pilato bo
nam confessionem. ut serues manda
tum sine macula inreprachensibile.
usque inaduentum dn̄i nr̄i. ihu xpi.

DOMINICA. XXII. POST OCT. PENTC.

LECT. EP. B. P. A. AD PHILIPENS.

FRATRES
CONFIDI
MUS IN DNO IHU.

quia qui coepit in uobis opus bonū·
perficiet usque in diem xp̄i ih̄u· Sicut
est enim mihi iustum sentire hoc pro
omnibus uobis· eo quod habeam uos
in corde & in uinculis meis· & in defen
sione & confirmatione euangelii· soci
os gaudii mei omnes uos esse· Testis
enim mihi est ds̄· quomodo cupiam
uos omnes in uisceribus ih̄u xp̄i· Et
hoc oro· ut caritas ur̄a magis ac ma
gis abundet in scientia & omni sensu·
ut probetis potiora· & sitis sinceri· & si
ne offensa in diem xp̄i· repleti fructu
iustitiae· Per ih̄m xp̄m· In gloriam &
laudem dei·

FERIA QUARTA

LECT̄· EP̄· B· P· AP̄LI AD TIMOTH̄· Kmē

FINIS PRAECEPTI EST CARITAS·
de corde puro & conscientia bona·

& fide non ficta· A quibus quidam ab
errantes· conuersi sunt in uaniloquiū·
uolentes esse legis doctores· Non in
tellegentes neque quae loquuntur·
neque de quibus affirmant· Scimus
autem quia bona est lex· si quis ea legi
time utatur· Sciens hoc· quia lex iu
sto non est posita· sed iniustis & non
subditis· impiis & peccatoribus· scele
ratis· & contaminatis· Patricidis &
matricidis· homicidis· & fornicariis·
masculorum concubitoribus· Plagi
ariis· mendacibus· periuris· Et si quid
aliud sane doctrinae aduersatur· quę
est secundum euangelium gloriae be
ati dei· quod creditum est mihi· Gra
tias ago deo meo· qui me confortauit·
In xp̄o ih̄u· dn̄o nr̄o·

DOMINICA· XXIII· P· OCT· PENTECOST·

LECT. EP. BEATI PAULI APLI AD PHILIPENSES. FRATRES

IMITATORES MEI ESTOTE. ET OBSERUATE EOS

qui ita ambulant. sicut habetis
formam nram. Multi enim ambulant.
quos sepe dicebam uobis. nunc autem
& flens dico. Inimicos crucis xpi. Quo
rum finis interitus. quorum ds uenter
est. & gloria in confusione ipsorum.
qui terrena sapiunt. Nra autem con
uersatio. in caelis est. Unde etiam sal
uatorem expectamus dnm nrm IHM XPM.
qui reformauit corpus humilitatis nrę.
configuratum corpori claritatis suae.
secundum operationem qua possit eti
am subicere sibi omnia. IHC XPC. DNS
noster.

FERIA QUARTA.

LECT̄· EP̄· BEATI· P· AP̄LI AD TIMOTH̄· KM̄E·

NOLI ERUBESCERE TESTIMO
nium dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i· neque
me uinctum eius· Sed colla
bora euangelio secundum uirtutem
dei· qui nos liberauit· & uocauit uo
catione sua sc̄a· Non secundum opera
nr̄a· sed secundum propositum suum·
& gratiam quae data est nobis· in xp̄o
ih̄u· ante tempora saecularia· Mani
festata est autem nunc per illuminati
onem saluatoris nr̄i ih̄u xp̄i· qui destru
xit quidem mortem· illuminauit au
tem uitam & incorruptionem per euan
gelium· in quo positus sum ego praedi
cator & apostolus· & magister gentiū·
Ob quam causam etiam haec patior·
sed non confundar· Scio enim cui cre
didi· & certus sum· quia potens est de

positum meum seruare. In illum diem.
Formam habe sanorum uerborum quae
a me audisti. In fide & dilectione. In xp̄o
ihū dn̄o nr̄o.

DOM. XXIIII. POST OCT. PENTECOSTIS.
LECT. EP. BEATI P. APLI.
AD COLOSENSES. FRS.

NON CESSAMUS PRO UOBIS
orantes & postulantes.
ut impleamini agnitione uoluntatis
eius. In omni sapientia. & intellectu
spiritali. ut ambuletis digne deo. per
omnia placentes. In omni opere bono
fructificantes. & crescentes in scientia dī.
In omni uirtute confortati. secundum
potentiam claritatis eius. In omni pa
tientia. & longanimitate. cum gaudio.
In xp̄o ihū dn̄o nr̄o.

FERIA QUARTA

LECT. EP. B. P. A. AD ROMAN. FRS

NOLO ENIM UOS IGNORARE
mysterium hoc · ut non sitis
uobis ipsis sapientes · Quia cae
citas ex parte contigit in israhel · do
nec plenitudo gentium intraret · & sic
omnis israhel saluus fieret · Sicut scri
ptum est · Ueniet ex sion qui eripiat ·
& auertat impietates ab iacob · Et hoc
illis a me testamentum · cum abstulero
peccata eorum · Secundum euangeliū
quidem inimici propter uos · secundū
electionem autem karmi · propter patres ·
Sine poenitentia enim sunt · dona & uo
catio dei · Sicut enim & uos aliquando
non credidistis deo · nunc autem mise
ricordiam consecuti estis propter illorum
incredulitatem · ita et isti nunc non cre

diderunt in uestram misericordiã: ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnia in incredulitate. ut omnium misereatur. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. quam incomprae hensibilia sunt iudicia eius. & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognouit sensum dñi? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum. & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria. In saecula saeculorum. am̃ FER. IIII.

LECTIO AD HEBREOS. FRS.

OBOEDITE PRAEPOSITIS URIS.

REQ. In ebdomada octaua paschae.

DOMINICA. V. ANTE NAT. DNI.

LECTIO HIEREMIAE PPHETAE.



ECCE
DIES UENI
INT DICIT DNS·
Et suscitabo dauid ger
men iustum· & regnabit rex· & sapiens
erit· & faciet iudicium & iustitiam
in terra· In diebus illis saluabitur iu
da· & israhel habitabit confidenter·
Et hoc est nomen quod uocabunt eū·
dns iustus noster· Propter hoc ecce
dies uenient dicit dns· & non dicent
ultra· uiuit dns qui eduxit filios is
rahel de terra aegypti· Sed· uiuit
dns qui eduxit & adduxit semen do
mus israhel de terra aquilonis· & de
cunctis terris· ad quas eieceram eos
illuc· Et habitabunt in terra sua·

Dicit dns · omnipotens ·

FERIA QUARTA · LECT · AD THESSAL · FRS ·

GRATIAS AGERE DEBEMUS deo semper pro omnibus uobis · memoriam facientes in orationibus nris · Sine intermissione memores operis fidei uestrae · & laboris · & caritatis · & sustinentiae spei dni nri ihu xpi · ante dm & patrem nostrū ·
Scientes fratres dilecti a deo electionē urām · quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum · sed in uirtute & in spu sco · & in plenitudine multa sicut scitis · quales fuerimus in uobis propter uos · Et uos imitatores nri facti estis & domini · excipientes uerbum in tribulatione multa · cum gaudio sps sci · Per omnia saecu

la · saeculorum amen ·

FERIA QUARTA ·

LECT · AD THESSALON · FRS ·

GRATIAS AGERE DEBEMUS
do semper pro uobis · ita
ut dignum est · quoniam
supercrescit fides uestra · & abundat
caritas uniuscuiusque omnium ue
strum ininuicem · Ita ut nos ipsi in
uobis gloriemur in aecclesiis dei · pro
patientia ura & fide · in omnibus per
secutionibus uris & tribulationib;
quas sustinetis in exemplum iusti iu
dicii dei · Ut digni habeamini regno
dei · pro quo & patimini · Si tamen
iustum est apud dm · retribuere re
tributionem · his qui uos tribulant ·
Et uobis qui tribulamini requiem
nobiscum · In reuelatione dni ihu

de caelo· cum angelis uirtutis eius·
In flamma ignis dantis uindictam his
qui non nouerunt dm̄· & qui non oboe
diunt euangelio dn̄i nr̄i· ih̄u xp̄i· qui
poenas dabunt in interitu aeternas·
a facie dn̄i· & a gloria uirtutis eius·
Cum uenerit glorificari in scīs suis· &
admirabilis fieri in omnibus qui cre
diderunt ih̄m xp̄m· dn̄m nr̄m·

DOMIN̄· IIII· ANTE NATAL̄· DN̄I·

LECTIO EPIST̄· BEATI PAULI
AP̄L̄I· AD ROMANOS· FR̄S·
SCIENTES
QUIA HORA EST· IAM
nos de somno surgere· Nunc
autem propior est nr̄a salus·
quam cum credidimus· Nox prae
cessit· dies autem appropinquabit·
Abiciamus ergo opera tenebrarum·

& induamur arma lucis· sicut in die
honeste ambulemus· Non in commes
sationibus & ebrietatibus· non in cubi
libus & impudicitiis· non in contentione
& aemulatione· Sed induimini· dnm
ihm xpm· FERIA QUARTA

LECTIO EPISTOLAE BEATI IACO
BI APLI· KARISSIMI
PATIENTES ESTOTE· USQUE
AD adventum dni· Ecce agrico
la expectat preciosum fructum ter
rae· patienter ferens· donec accipiat
temporiuum & serotinum· Patientes
igitur estote & uos· & confirmate cor
da ura· quoniam aduentus dni app
pinquabit· Nolite ingemiscere fra
tres in alterutrum· ut non iudicemi
ni· Ecce iudex· ante ianuam assistit·
Exemplum accipite fratres exitus ma

164
166

li · & longanimitatis · & laboris · & patientiae · prophetas qui locuti sunt · In nomine dni · ihu xpi ·

DOM · III · ANTE NATALE DNI ·

LECTIO EPIST · BEATI PAULI APLI AD ROMANOS · FRS ·

QUAECUMQUE SCRIPTA SUNT · ad nostram doctrinā scripta sunt · Ut per patientiam & consolationem scripturarum · spem habeamus · Ds autem patientiae & solatii · det uobis idipsum sapere inalterutrum · secundum ihm xpm · Ut unanimes uno ore honorificetis dm · & patrem dni nri ihu xpi · Propter quod suscipite inuicem · sicut & xpc suscepit uos · In honorem dei · Dico enim xpm

ihm ministrum fuisse circumcisionis
propter ueritatem di · ad confirmandas
promissiones patrum · Gentes autem
super misericordia honorare dm · sic
scriptum est · Propterea confitebor ti
bi in gentibus dne · & nomini tuo can
tabo · Et iterum dicit · Laetamini gen
tes · cum plebe eius · Et iterum · Lauda
te omnes gentes dnm · & magnificate
eum omnes populi · Et rursum esaias
ait · Erit radix iesse · & qui exsurget
regere gentes · in eum gentes sperabunt ·
Ds autem spei repleat uos omni gaudio ·
& pace in credendo · Ut habundetis
in spe · & uirtute sps sci · FER · IIII ·

LECTIO MALACHIE PROPH ·

HEC DICIT DNS ·
ECCE EGO MITTO ANGELUM
meum · & praeparabit uiam

ante faciem tuam. Et statim ueni
et ad templum suum dominator
quem uos quaeritis. & angelus testa
menti quem uos uultis. Ecce uenit.
dicit dn̄s exercituum. Et quis pote
rit cogitare diem aduentus eius. &
quis stabit ad uidendum eum. Ipse
enim quasi ignis conflans. & mundans
argentum. & purgabit filios leui.
Et conflabit eos quasi aurum & argen
tum. & erunt dn̄o offerentes sacrifi
cia in iustitia. Et placebit dn̄o sacri
ficium iudae & hierusalem. sicut dies
saeculi. & sicut anni antiqui. Et acce
dam ad uos in iudicio. & ero testis uelox.
maleficis & adulteris. & qui calumni
antur mercedem mercennarii. uiduas
& pupillos. & opprimunt peregrinum.
nec timuerunt me dicit dn̄s. Et ec

ce enim dies ueniet succensa quasi ca
minus· et erunt omnes superbi· & o
mnes facientes impietatem· stipula·
Et inflammabit eos dies ueniens dicit
dn̄s exercituum· qui non relinquet
eis radicem & germen· Et orietur
uobis timentibus nomen meum sol iu
stitiae· & sanitas in pennis eius· Et e
grediemini· & salietis sicut uituli de
armento· & calcabitis impios· cum fu
erint cinis sub planta pedum uestrorum·
In die qua ego facio· dicit dn̄s exer
cituum· Mementote legis moysi ser
ui mei· quam mandaui ei in oreb· ad
omnem israhel· praecepta & iudicia·
Ecce ego mittam uobis heliam prophe
tam· antequam ueniat dies dn̄i· ma
gnus & horribilis· Et conuertet
cor patrum ad filios· & cor filiorum·

ad patres eorum · Dicit dns · omps ·

DOMINICA · II · ANTE NATAT · DNI ·



LECTIO EP · BI · PA · APTI ·

AD CORINTHIOS · FRS ·

SIC NOS EXI
STIMET HOMO UT MINI
stros xpi · & dispensatores my
steriorum di · hic iam quaeri
tur inter dispensatores · ut fidelis quis
inueniatur · Mihi autem pro minimo
est ut a uobis iudicer · aut ab humano
die · Sed neque me ipsum iudico · Ni
hil enim mihi conscius sum · sed non in
hoc iustificatus sum · qui autem iudicat
me · dns est · Itaque nolite ante tempus
iudicare · quoadusque ueniat dns · qui
& illuminabit abscondita tenebrarum ·
& manifestabit consilia cordium · Et
tunc laus erit · unicuique a do ·

FERIA QUARTA.
LECTIO ISAIAE PROPHETAE.
IN DIEBUS ILLIS.
DIXIT ISAIAS PROPHETA.
Erit in nouissimis diebus pre
paratus mons domus domini
In uertice montium. et eleuabitur su
per colles. et fluent ad eum omnes
gentes. et ibunt populi multi et dicent.
Uenite ascendamus ad montem dni.
et ad domum di iacob. Et docebit
nos uias suas. et ambulabimus in se
mitis eius. Quia de sion exibit lex.
et uerbum domini de hierusalem.
Et iudicabit gentes. et arguet popu
los multos. Et conflabunt gladi
os suos in uomeres. et lanceas suas
in falces. Non leuabit gens contra
gentem gladium. nec exercebuntur

ultra ad praelium. Domus iacob. ve
nite & ambulemus in lumine domini.
di nri. ITEM ALIA.

LECTIO ISAIAE PROPHETAE.

IN DIEBUS ILLIS.

LOCUTUS EST DNS AD ACHAZ
dicens. Pete tibi signum a dno
do tuo in profundum inferni. siue
in excelsum supra. Et dixit achaz.
Non petam. & non temptabo dominu.
Et dixit. Audite ergo domus dauid.
Numquid parum uobis est molestos es
se hominibus. quia molesti estis & do
meo. Propter hoc dabit dominus
ipse uobis signum. Ecce uirgo con
cipiet & pariet filium. & uocabis no
men eius emmanuhel. Butyrum
& mel comedet. ut sciat reprobare
malum. & eligere bonum.

FERIA SEXTA.

LECTIO ISAIAE PROPHETAE

HAEC DICIT DNS.

EGREDIETUR UIRGA DE radice iesse. & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus dni. spiritus sapientiae & intellectus. spiritus consilii & fortitudinis. spiritus scientiae & pietatis. & replebit eum spiritus timoris dni.

Non secundum uisionem oculorum iudicabit. neque secundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes. & arguet in aequitate. pro mansuetis terrae. Et percutiet terram uirga oris sui. & spu labiorum suorum. Interficiet impium.

Et erit iustitia cingulum lumborum eius. Et fides. cinctorium renum eius.

SABBATO IN XII LECTIONIS·
LECTIO ISAIAE PROPHETAE·

IN DIEBUS ILLIS·
CLAMABUNT FILII ISRAHEL
ad dominum a facie tribulan
tis· & mittet eis saluatorē & propu
gnatorem· qui liberet eos· Et co
gnoscetur dominus ab aegypto· & co
gnoscent aegyptii dominum in die
illa· & colent eum in hostiis & mune
ribus· & vota uouebunt domino· &
soluent· Et percutiet dominus ae
gyptum plaga· & sanabit eam·
Et reuertentur ad dominum· & pla
cabitur eis· Et sanabit eos· dominus
dš nř·

LECTIO ISAIAE PROPHETAE
HAEC DICIT DNS·
LAETABITUR DESERTA ET

inuia · & exultabit solitudo · & flo
rebit quasi lilium · Germinans germi
nabit · & exultabit laetabunda &
laudans · Gloria libani data est ei ·
decor carmeli · & saron · Ipsi uidebunt
gloriam domini · & decorem dī nr̄i ·
Confortate manus dissolutas · & genua
debilia roborate · Dicite pusillanimis
confortamini · & nolite timere · Ecce
dš ur̄ ultionem adducet retributio
nis · dš ipse ueniet · et saluabit uos ·
Tunc aperientur oculi caecorum · & au
res surdorum patebunt · Tunc saliet
claudus sicut ceruus · & aperta erit
lingua mutorum · Quia scissae sunt
in deserto aquae · & torrentes in solitu
dine · Et quae erat arida in stagnum ·
& sitiens in fontes aquarum · Dicit do
minus · omnipotens ·

LECTIO ISAIAE PROPHETAE·

SHAEC DICIT DNS·
SUPER MONTEM EXCELSUM
ascende tu· qui euangelizas sion·
Exalta in fortitudine uocem tuam·
qui euangelizas hierusalem· Exalta·
noli timere· Dic ciuitatibus iudae·
ecce ds uester· ecce dominus in forti
tudine ueniet· & brachium eius do
minabitur· Ecce merces eius cum eo·
et opus illius coram eo· Sicut pastor
gregem suum pascet· In brachio suo·
congregabit agnos· Et in sinu suo le
uabit eos· DNS DS NR·

LECTIO ISAIAE PROPHETAE·

HAEC DICIT DNS XPO MEO
cyro· cuius apprachendi dexteram·
ut subiciam ante faciem eius gentes·

& dorsa regum conuertam. Et ape
riam coram eo ianuas. & portę non
claudentur. Ego ante te ibo. & glo
riosos terrae humiliabo. Portas ae
reas conteram. & uectes ferreos confrin
gam. Et dabo tibi thesauros abscon
ditos. & arcana secretorum. ut scias
quia ego dns. qui inuoco nomen tuum.
ds israhel. Propter seruum meum ia
cob. & israhel electum meum. Et uo
caui te nomine tuo. assimilaui te. &
non cognouisti me. Ego dominus. &
non est amplius. extra me non est ds.
Accinxi te. & non cognouisti me. Ut
sciant hi qui ab ortu solis. & qui ab oc
cidente. quoniam absque me non est ds.
Ego dominus. & non est alter. Formans
lucem. & creans tenebras. Faciens pacē.
& creans malum. Ego dominus. faciens

omnia haec. Rorate caeli desuper. et
nubes pluant iustum. aperiatur terra
et germinet saluatorem. et iustitia ori
atur simul. Ego dominus creaui eum.

LECTIO DANIHELIS PROPHETE.

IN DIEBUS ILLIS.
ANGELUS DNI DESCENDIT
cum azaria et sociis eius in for
nacem. et excussit flammam
ignis de fornace. et fecit medium
fornacis quasi uentum roris flantem.
Et non tetigit eos omnino ignis. neque
contristauit. nec quicquam molestiae
intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore
laudabant et glorificabant. et bene
dicebant dm̄ in fornace dicentes.

YMNUS TRIUM PUERORUM.

BENEDICTUS ES DNE DS PATRUM
NOSTRORUM.

Et laudabilis & gloriosus in saecula.
Et benedictum nomen gloriae tuae.
QVOD EST SANCTVM.
Laudabile & gloriosum In saecula.
Benedictus es in templo sancto gloriae tuae.
Et laudabilis & gloriosus In saecula.
Benedictus es super thronum scm regni tui.
Et laudabilis & gloriosus in saecula.
Benedictus es super sceptrum diuinitatis tuae.
Et laudabilis & gloriosus In saecula.
Benedictus es qui sedes super cherubim.
INTVENS ABYSSOS.
Et laudabilis & gloriosus in saecula.
Benedictus es qui ambulas super pennas uentorum.
Et laudabilis & gloriosus In saecula.
Benedicant te omnes angeli & sancti tui.
Laudabilem & gloriosum In saecula.
Benedicant te Caeli Terra Mare Et omnia
QVAE IN EIS SUNT.

Laudabilem & gloriosum in saecula.
Gloria patri & filio & spiritui sancto.
Laudabili & glorioso in saecula
Sicut erat in principio. & nunc & semper.
Et in saecula seculorum. Amen.
Laudabili. & glorioso in saecula.

LECTIO EP̅. BEATI PAULI APLI. AD THESSAL. FR̅S.

ROGAMUS UOS PER ADuentum domini nostri IH̅U XP̅I. & nostrae congregationis in ipsum. ut non cito moueamini a uestro sensu. neque terreamini. neque per spiritum. neque per sermonem. neq; per epistolam tamquam per nos missa. quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullomodo. Quoniam nisi uenerit discessio primum. & reuelatus fuerit homo peccati. filius perditionis.

qui aduersatur & extollitur supra omne
quod dicitur deus· aut quod colitur·
Ita ut in templo dei sedeat· ostendens
se tamquam sit ds̄· Non retinetis· quod
cum adhuc essem apud uos· haec dice
bam uobis· Et nunc quid detineat
scitis· ut reueletur in suo tempore·
Nam mysterium iam operatur iniquita
tis· tantum ut qui tenet nunc teneat·
donec de medio fiat· Et tunc reuela
bitur ille iniquus· Quem dominus ih̄c
interficiet sp̄u oris sui· Et destruet il
lustratione· aduentus sui·

DOMINICA PROXIMA ANTE· N· D·

LECT̄· EP̄· BI̅· PA̅ APL̅I·
AD PHILIPENS̄· FR̄S·

GAUDETE
IN DOMINO SEMPER·
Iterum dico gaudete·

170
174

Modestia uestra nota sit omnibus homini
bus· dominus prope est· Nihil sollicti
sitis· sed in omni oratione & obsecratione·
cum gratiarum actione· petitiones ue
strae innotescant apud deum· Et pax
di quae exsuperat omnem sensum· cu
stodiat corda uestra· & intellegentias
uestras· In xpo ihu· dno nro·

INCIPIT ADBREVIATIO LECTIONUM DE SINGULIS FESTIVIT. SCORUM.
IN FESTIV. SCI SILVESTRI PAPAE
LECT. LIB SAPIENTIAE


CCE SACERDOS MAGNUS. QUI
in uita sua suffulsit do
mum. & in diebus suis corroborauit
templum. Templi etiam altitudo
ab ipso fundata est. duplex aedifica
tio. excelsi parietes templi. In diebus
ipsius emanauerunt putei aquarum.
& quasi mare adimpleti sunt super
modum. Qui curauit gentem suam.
& liberauit illam a pernecie. qui prę
ualuit amplificare ciuitatem. qui ad
eptus est gloriam in conuersatione
gentis. Et ingressus domum & atri

um · amplificatus est quasi stella matu
tina in medio nebulae · Et quasi lu
na plena in diebus suis lucet · & quasi
sol refulgens · sic ille effulsit in templo
di · Quasi arcus refulgens · inter nebulas
gloriae · Quasi flos rosarum in diebus
uerni · quasi lilia quae sunt in transitu
aquae · Et quasi tus redolens · in odo
rem suauitatis ·

IN NATALI SCI FELICIS LECTIO

Testificor coram do · RQ In uig unius conf ·

IN NATALI SCI MARCELLI PAPAE LECT ·

Plures facti sunt sacerd · RQ In natale unius sacerd ·

IN NATALI SCE PRISCAE VIRG LECTIO

Sapientia uincit malitiam · RQ In natale virg ·

IN NATALI SCORUM MARTYRUM FABIANI
ET SEBASTIANI · LECTIO ·

Sci per fidem uicerunt reg · RQ In nat plur mart ·

IN NATALI · S · AGNETIS VIRG · LECTIO

Confitebor tibi dne RQ. In natale virginum.
IN NATALI S. UINCENTII MART. LECTIO
Memor esto DNM IHM XPM. RQ. In nat unius conf.
IN CONUERSIONE SCI PAULI. T JIII
LECT ACTUUM APTORU. IN DIEB;
SAULUS ADHUC SPIRANS
minarum & caedis in discipulos
domini. accessit ad principem sa
cerdotum. & petiit ab eo epistolas in
damascum ad synagogas. ut siquos in
uenisset huius uiae uiros ac mulieres.
uinctos perduceret in hierusalem.
Et cum iter faceret. contigit
ut appropinquaret damasco. Et subi
to circumfulsit eum lux de caelo. & ca
dens in terram. audiuit uocem dicen
tem sibi. Saule. Saule. quid me perse
queris? Qui dixit. Quis es domine?
Et ille. Ego sum IHC. quem tu perseque

ris. Durum est tibi contra stimulum
calcitrare. Et ille tremens ac stupens
dixit. Domine quid me uis facere?
Et dominus ad eum. Surge & ingre
dere ciuitatem & dicetur tibi quid
te oporteat facere. Uiri autem illi
qui comitabantur cum eo stabant
stupefacti audientes quidem uocem
neminem autem uidentes. Surrexit
autem saulus de terra apertisque
oculis nihil uidebat. Ad manum au
tem illum trahentes introduxerunt
damascum. Et erat ibi tribus diebus
Non uidens & non manducauit neq;
bibit. Erat autem discipulus quidam
damasci nomine ananias & dixit ad
illum in uisu dominus. Anania. At il
le ait. Ecce ego domine. Et domi
nus ad illum. Surgens uade in uicum

qui uocatur rectus· & quaere in do
mo iudae saulum nomine· tharsensē·
ecce enim orat· Et uidet uirum ana
niam nomine introeuntem· & impo
nentem sibi manum· ut uisum recipiat·
Respondit autem ananias· Domine·
audiui a multis de uiro hoc· quanta
mala sanctis tuis fecerit In hierusalē·
Et hic habet potestatem a principibus
sacerdotum· alligandi omnes qui inuo
cant nomen tuum· Dixit autem ad
eum dominus· Uade quoniam uas ele
ctionis mihi est iste· ut portet nomen
meum coram gentibus & regibus· & fili
is israhel· Ego enim ostendam illi· quan
ta oporteat eum pro nomine meo pa
ti· Et abiit ananias· & introiuit in do
mum· & imponens ei manum· dixit·
Saule frater· dominus misit me ihc· qui

apparuit tibi in uia qua ueniebas· ut ui
deas· & implearis spiritu sancto· Et con
festim ceciderunt ab oculis eius tam
quam squamae· & uisum recepit· Et
surgens· baptizatus est· Et cum acce
pisset cibum· confortatus est· Fuit
autem cum discipulis qui erant dama
sci per dies aliquot· & continuo in sy
nagogis praedicabat ihm̄· quoniam
hic est filius dī· Stupebant autem
omnes qui audiebant· & dicebant·
Nonne hic est qui expugnabat in hie
rusalem eos qui inuocabant nomen
istud· Et huc ad hoc uenit· ut uin
ctos illos duceret ad principes sacerdo
tum· Saulus autem multo magis conua
lescebat· & confundebat iudeos· qui
habitabant damasci· Affirmans· quoni
am hic est xpc̄·

IN NAT. SCAE AGNETIS DE NAT. I. V.
LECT. AD CORINTH. FRS

QVI GLORIATUR IN DNO glorietur. Non enim qui se ipsum commendat ille proba tus est. sed quem dominus commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae. sed & sub portate me. Emulor enim uos dei emulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam. exhibere xpo.

IN NATALE S. AGATHAE VIRG. LECT.
Confitebor tibi dne rex. RQ. In natale virg.

IN NAT. SCI UALENTINI PBRI.
LECT. AD CORINTH. FRS

DEO AUTEM GRATIAS. qui semper triumphat nos in xpo ihu. & odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco. quia xpi

bonus odor sumus deo. In his qui salui
fiunt. & in his qui pereunt. Aliis qui
dem odor mortis in mortem. aliis au
tem odor uitae in uitam. Et ad haec
quis tam idoneus est? Non enim sumus
sicut plurimi adulterantes uerbum dei.
Sed ex sinceritate. sicut ex deo. coram
deo in xp̄o loquimur. Incipimus enim
nosmetipsos commendare. Aut nun
quid indigemus sicut quidam commen
daticiis epistolis ad uos. aut ex uobis com
mendaticias? Epistola nostra uos estis.
scripta in cordibus nostris. quae scitur
& quae legitur ab omnibus hominibus
manifesta. Quia epistola estis xp̄i. mini
strata a nobis. & scripta non atramento.
Sed spiritu dei uiui. Non in tabulis la
pideis. sed in tabulis cordis carnalibus.
IN XP̄O IHŪ. DN̄O NR̄O.

IN CATHEDRA SCI PETRI APLI.

LECT. AD HEBREOS. FRS

OMNIS PONTIFEX EX HOminibus assumptus. pro hominibus constituitur. In his quae sunt ad deum. ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condoleri possit his qui ignorant & errant. quoniam & ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo. ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumet sibi honorem. sed qui uocatus est a deo tamquam aaron. quemadmodum scriptum est. Tu es sacerdos in aeternum. Secundum ordinem melchisedech.

ITEM ALIO MODO.

LECTIO LIBRI REGUM.

HAEC DICIT DOMINUS.

go te tuli · ut esses dux super populum
meum israhel · & fui tecum in omnibus
ubicumque ambulasti · & interfeci uni
uersos inimicos tuos a facie tua · Fecią
tibi nomen grande · iuxta nomen ma
gnorum · qui sunt in terra · & ponam lo
cum populo meo israhel · & plantabo
eum · & habitabit sub eo · Non turbabi
tur amplius · nec addent filii iniquita
tis ut affligant eum sicut prius · ex die
qua constitui iudices super populum
meum israhel · & requiem dabo tibi ab
omnibus inimicis tuis · Praedicitque
tibi · quod domum faciet tibi · Cumq;
completi fuerint dies tui · & dormieris
cum patribus tuis · suscitabo semen tu
um post te quod egredietur de utero
tuo · & firmabo regnum eius · Ipse ae
dificabit domum nomini meo · & sta

biliam thronum regni eius· usque in sem
piternum· Ego ero illi in patrem· & ipse
erit mihi in filium· Qui si inique aliquid
gesserit· arguam eum in uirga uirorum·
& in plagis filiorum hominum· Miseri
cordiam autem meam non auferam ab
eo· sicut abstuli a saul· quem amoui a fa
cie tua· Et fidelis erit domus tua &
regnum tuum usque in aeternum· ante
faciem meam· Et thronus tuus erit fir
mus iugiter· secundum omnia uerba hec·
DICIT DNS OMNIPOTENS·
ITEM UNDE SUPRA
LECT EP· BEATI PETRI APTI·
PETRUS APOSTOLUS
IHU XPI· electis aduenis disp
sionis· ponti· galatiae· capado
tiae· asiae & bithiniae· secundum prae
sentiam dei patris· In sanctificationem

spiritus· in oboedientiam & aspersionem
sanguinis ihu xpi· gratia uobis & pax
multiplicetur· Benedictus ds & pater
domini nostri ihu xpi· qui secundum ma
gnam misericordiam suam regenerauit
nos in spem uitae aeternae· per re
surrectionem ihu xpi ex mortuis· in
hereditatem incorruptibilem· & incon
taminatam· & immarcescibilem· conser
uatam in caelis· uobis qui in uirtute
dei custodimini per fidem· In salutem
paratam reuelari in tempore nouissi
mo· In quo exultabitis· Modicum nunc
si oportet contristari In uariis tribula
tionibus· Ut probatio uestrae fidei
multo praetiosior sit auro· quod per
ignem probatur· Inueniatur in laudē
& gloriam & honorem· In reuelatio
nem ihu xpi· dni nri·

IN FESTIVIT · SCI MATHIAE APLI ·
LECTIO ACTUUM APTORUM ·
IN DIEBUS ILLIS
SURGENS PETRUS IN MEDIO
fratrum · dixit · Uiri fratres · opor
tet impleri scripturam quam prae
dixit spiritus sanctus per os dauid de iu
da · qui fuit dux eorum qui compraehen
derunt ihm · qui connumeratus erat in
nobis · & sortitus est sortem ministerii
huius · Et hic quidem possedit agrum
de mercede iniquitatis · & suspensus cre
puit medius · & diffusa sunt omnia uisce
ra eius · Et notum factum est omnibus
habitantibus hierusalem · ita ut appel
laretur ager ille lingua eorum achel
demach · hoc est ager sanguinis · Scri
ptum est in libro psalmorum · Fiat ha
bitatio eius deserta · & non sit qui inha

tet in ea · & episcopatum eius accipiat
alius · Oportet ergo ex his uiris qui no
biscum sunt congregati · In omni tempo
re quo intrauit & exiuit inter nos d̄ns
ih̄c · Incipiens a baptismate iohannis.
Usque in diem qua assumptus est a no
bis · testem resurrectionis eius nobiscum
fieri · unum ex istis · Et statuerunt du
os · ioseph qui uocatur barsabbas · qui co
gnominatus est iustus · & mathiam · Et
orantes dixerunt · Tu domine qui cor
da nosti omnium · ostende quem elege
ris ex his duobus unum accipere locū
ministerii huius & apostolatus · de quo
praeuaricatus est iudas · Ut abiret in
locum suum · Et dederunt sortes eis ·
& cecidit sors super mathiam · Et ad
numeratus est · cum undecim apostolis ·

IN FESTIVITATE S. GREGORII PAPAE. LECT.

Qui timet dm̄. faciet bona. R. Q. In n. s. iohannis eū.

ITEM UNDE SUPRA.

LECT. AD GALATAS. FRS

HABEMUS PONTIFICEM QUI consedit in dextera sedis magnitudinis in caelis. sanctorum minister. & tabernaculi ueri. quod fixit deus. & non homo. Omnis enim pontifex. ad offerenda munera & hostias constituitur.

Unde necesse est. & hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terrā nec esset sacerdos. cum essent qui offerrent secundum legem munera. qui exēplari & umbrae seruiunt caelestium.

Sicut responsum est moysi. cum consummaret tabernaculum. Uide inquit. facito omnia secundum exemplar. quod tibi ostensum est in monte.

IN NATALE SCI BENEDICTI ABB.
LECT. LIBRI SAPIENTIAE.

QUI CUSTODIERINT IUSTI
tiam domini · iustificabuntur·
Et qui didicerint iustitiam·
Inuenient quid respondeant· Concu
piscite ergo sermones meos· diligite il
los· & habetis disciplinam· Clara est·
& quae numquam marcescit sapien
tia· & facile uidetur ab his qui diligunt
eam· & inuenitur ab his qui quaerunt
illam· Praeoccupat qui se concupis
scunt· ut illis se prior ostendat· Qui de
luce uigilauerit ad illam non laborabit·
assidentem enim illam foribus suis inue
niet· Cogitare ergo de illa sensus est
consummatus· & qui uigilauerit pro
pter illam· cito erit securus· Quoniam
dignos se ipsa circuit quaerens· & in ui

is ostendet se illis hilariter · & in omni
prouidentia occurret illis · Initium enim
illius · uerissima est disciplinae concupi
scentia · Cura ergo disciplinae · dilectio
est · Et dilectio · custodia legum illius
est · Custoditio autem legum · consum
matio incorruptionis est · Incorruptio
autem · facit esse proximum deo · Concu
piscentia itaque sapientiae · deducit ad
regnum perpetuum ·

ITEM DE S. BENEDICTO · LECTIO
Dilectus deo & hominibus · RQ · In N · unius cfess ·
IN ADNUNTIATIONE S. MARIAE · LECT ·
Locutus est dns ad achab dicens · Pete tibi · RQ ·
In secunda ebdomada ante nat dni · In fer · IIII ·
IN NAT · S · TYBURTII VALERIANI ET MAXIMI ·
Iustorum animae in manu dei st · LECTIO ·
RQ · In nat plurimorum mart ·
DE S · GEORGIO MARTYRE · LECTIO

Omne gaudium existimate frs mei. Vel Iustū dedux.

IN NAT. SCI VITALIS MARTYRIS.

VLECT. AD PHILIPPENS. FRS

VOBIS DONATUM EST A XPO.
non solum ut in eum credatis. sed
ut etiam pro illo patiamini. Idem cer
tamen habentes. quale & uidistis in me.
& nunc audistis de me. Siqua ergo conso
latio in xpo. siquod solatium caritatis.
siqua societas spiritus. siqua uiscera &
miserationes. Implete gaudium meum.
ut idipsum sapiatis. Eandem caritatē
habentes. Vnanimes idipsum sentientes.
Nihil per contentionem. neque per inanē
gloriam. sed in humilitate superiores sibi
inuicem arbitrantes. Non quae sua sunt
singuli considerantes. sed ea quae aliorū.

IN NAT. AT APTOR. PHILIPPI ET IACOBI.

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE

STABUNT IUSTI IN MAGNA
constantia · aduersus eos qui se an
gustiauerunt · Et qui abstulerunt
labores eorum · videntes turbabuntur
timore horribili · & mirabuntur in subi
tatione insperatae salutis · dicentes intra
se · poenitentiam agentes · & prae angu
stia spiritus gementes · Hi sunt quos ali
quando habuimus in risu · & in similitu
dine improperii · Nos insensati · vitam
illorum aestimabamus insaniam · & fi
nem illorum sine honore · Ecce quomo
modo computati sunt inter filios dei ·
Et inter sanctos · sors illorum est · Fiat

LECTIO ACTUUM APOSTOLORUM

IN DIEBUS ILLIS
EXSURGENS PRINCEPS
sacerdotum & omnes qui cum
illo erant · quae est heresis sadduceo

rum · repleti sunt zelo · & iniecerunt
manus in apostolos · & miserunt eos in
custodiam publicam · Angelus autem
domini per noctem aperiens ianuas car
ceris · & educens eos dixit · Ite & stantes
loquimini in templo plebi · omnia uer
ba uitae huius · Qui cum audissent · in
trauerunt diluculo in templum · &
docebant · ℣ odoli · LECTIO

IN NAT · S · EUENTII ALEXANDRI ET THE
ODOLI · ℟ Sci per fidem uicerunt regna · ℟ & In nat plur mart ·

EODEM DIE INUENTIO · S · CRUCIS ·

LECT · AD GALATAS · FRS

CONFIDO DE UOBIS IN DNO IHU ·
quod nihil aliud sapiatis · Qui autem
conturbat uos · portabit iudicium · qui
cumque est ille · Ego autem fratres · si
circumcisionem adhuc praedico · quid
adhuc persecutionem patior · Ergo · e

uacuatum est scandalum crucis. Utinam & abscidantur. qui uos conturbant.
Quicumque uolunt placere in carne. hi cogunt uos circumcidi. tantum ut crucis xpi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur legem custodiunt. Sed cogunt uos circumcidi. ut in carne uestra glorientur. Mihi autem absit gloriari. nisi in cruce domini nri ihu xpi. Per quem mihi mundus crucifixus est. & ego mundo.

IN NATALI S. GORDIANI ET EPIMACHI. LEC.
Iustorum animae. RQ. In nat plurimorum scorum.

DIE SCO PANCRATIO MART. LECTIO.
Iusti in perpetuo uiuent. RQ. In nat. plurim scorum.

IN NAT. SCORUM MARCELLINI ET PETRI.
LECT. LIB. APOCALYPSIS IOHAN. APTI.
IN DIEBUS ILLIS. RESPON

dens unus de senioribus· dixit mihi· Hi
qui amicti sunt stolis albis· qui sunt· &
unde uenerunt? Et dixi illi· Domi
ne mi tu scis· Et dixit mihi· Hi sunt qui
uenerunt de tribulatione magna· & la
uerunt stolas suas· & dealbauerunt
eas In sanguine agni· Ideo sunt ante
thronum dei· & seruiunt ei die ac no
cte· In templo eius· Et qui sedet in thro
no· habitat super illos· Non esurient
neque sitient amplius· neque cadet su
per illos sol· neque ullus aestus· Quo
niam agnus qui in medio throni est re
get illos· & deducet eos ad uitae fontes
aquarum· Et absterget deus omnem
lacrimam· ab oculis eorum·

ITEM UNDE SUPRA· LECTIO·

Reddet deus mercedem· RQ In nat̄ plurim̄ martyrū·

IN NAT· S· MARCI ET MARCELLIANI· LECT̄·

Gratias agere debemus. RQ. In natale plurimorum scorum.
O. I. S. Geruasio et Protasio. LECTIO.
Sci per fidem uicerunt regna. RQ. In festiuitate scorum.

IN VIG. SCI IOHANNIS BAPTISTE.
LECT. HIEREMIAE PROPHETAE.

IN DIEBUS ILLIS. FACTUM EST verbum domini ad me dicens. Prius quam te formarem in utero noui te. & antequam exires de uulua sanctificaui te. & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi. A. a. a. domine deus. ecce nescio loqui. quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer sum. quoniam ad omnia quę mittam te ibis. & uniuersa quae mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum. quia tecum ego sum ut eruam te. dicit dominus.
Et misit dominus manum suam. & tetigit os meum. Et dixit dominus ad me.

Ecce dedi uerba mea In ore tuo · ecce con
stitui te super gentes & super regna · ut
euellas & destruas · & disperdas · & dissi
pes · & aedifices · & plantes · Dicit domi
nus · omnipotens ·

IN NAT · SCI IOH · PRIMO MANE ·
LECT · LIBRI SAPIENTIE ·

MEMORIA IUSTI · IN COM
positione odoris facti · opus pi
gmentarii · In omne ore quasi
mel indulcabitur eius memoria · & ut
musica In conuiuio uini · Ipse est dire
ctus diuinitus in poenitentiam gentis ·
& tulit abhominationes impietatis · &
gubernauit ad dominum cor ipsius ·
In diebus peccatorum · corroborauit pi
etatem · Nam male tractauerunt eum ·
qui a uentre consecratus est prophe
ta · euertere & eruere · & perdere · & i

terum aedificare & renouare. Amplifica
tus est quasi stella matutina in medio ne
bulae. & quasi luna plena in diebus suis
lucet. & quasi sol refulgens. sic ille reful
sit. in templo dei.

AD PUBLICA MISSAM.
LECT. ISAIAE PROPHETAE.
HAEC DICIT DOMINUS
AUDITE INSU
LAE. ET ADTENDITE
populi de longe. Dominus
ab utero uocauit me. de uentre matris
meae. recordatus est nominis mei. Et posuit
os meum quasi gladium acutum. in um
bra manus suae protexit me. Et posu
it me sicut sagittam electam. in phare
tra sua abscondit me. & dixit mihi. Ser
uus meus es tu israhel. quia in te glori
ficabor. Et nunc haec dicit dominus.

formans me ex utero seruum sibi. Dedi te in lucem gentium. Ut sis salus mea usque ad extremum terrae. Reges uidebunt. & consurgent principes. Et adorabunt dominum deum tuum. & sanctum israhel. qui elegit te.

IN NATAT. SCOR. IOHAN. ET PAULI.

LECT. LIBRI SAPIENTIAE.

HI SUNT UIRI MISERICORDIAE. quorum iustitiae obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona. hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum. & filii eorum propter eos usque in aeternum manent. Generatio eorum & gloria eorum. non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt. & nomen eorum uiuet in saecula. Sapientiam eorum narra

bunt omnes populi · et laudem eorum pro
nuntiat · omnis aecclesia sc̄orum ·
IN NAT̄ SC̄I LEONIS PAPAE · LECTIO ·
Ecce sacerdos magnus · R̄Q̄ In nat̄ unius sacerd̄ ·
IN VIG · AP̄T̄ · PETRI ET PAULI ·
LECTIO ACTUUM AP̄TORUM ·
IN DIEBUS ILLIS · PETRUS ET
Iohannes ascendebant In templum · ad
horam orationis nonam · Et quidam uir
qui erat claudus ex utero matris suae ·
baiolabatur · quem cottidie ponebant
ad portam templi quae dicitur speciosa ·
ut peteret elemosinam ab introeuntibus
In templum · Is cum uidisset petrum et Io
hannem incipientes introire In templum ·
rogabat ut elemosinam acciperet · Intu
ens autem In eum petrus cum Iohanne · di
xit · Respice In nos · At ille intendebat
In eos · sperans se aliquid accepturum ab

eis. Petrus autem dixit; Argentum & au
rum non est mihi. quod autem habeo. hoc
do tibi. Innomine ihu xpi nazareni. sur
ge. & ambula. Et appraehensa eius ma
nu dextera. alleuauit eum. Et ptinus con
solidatae sunt bases eius & plantae. & exi
liens. stetit & ambulabat. Et intrauit
cum illis intemplum. ambulans & exiliens.
& laudans dm. Et uidit omnis populus
eum ambulantem. & laudantem deum.
Cognoscebant autem eum. quoniam ipse
erat qui ad elemosinam sedebat ad speci
osam portam templi. Et repleti sunt oms
stupore & extasi. Ineo quod contigerat illi.

INNAT. IPSORU.
LECTIO ACTUUM
APOSTOLORUM
INDIEBUS ILLIS:—

185

189



SIT

HERODIS REX MANUS · UT ADFLIGE
ret quosdam de ecclesia. Occidit autem iaco
bum · fratrem Iohannis gladio. Uidens autē
quia placeret iudeis · apposuit apprehende
re & petrum. Erant autem dies azimorum.
Quem cum apprahendisset · misit in carce
rem. Tradensq; quatuor quaternionibus
militum custodiendum · uolens post pascha
pducere eum populo. Et petrus quidem ·
seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat
sine intermissione ab ecclesia · ad deum pro
eo. Cum autem producturus eum esset he
rodes · In ipsa nocte erat petrus dormiens in

ter duos milites· vinctus duabus catenis· & cu
stodes ante ostium custodiebant carcerem·
Et ecce angelus domini astitit· & lumen re
fulsit in habitaculo· Percussoque latere
petri· suscitauit eū· dicens· Surge uelociter·
Et ceciderunt catenę· de manib; eius· Dix̄
autem angelus ad eum· Pręcingere· & cal
ciate caligas tuas· Et fecit sic· Et dixit
illi· Circumda tibi uestimentum tuū· & se
quere me· Et exiens sequebatur eum· & ne
sciebat quia uerū est quod fiebat ꝑ angelū·
Ęstimabat autē se uisum uidere· Transeuntes
autē primam & sc̄dam custodiam· uenerunt
ad portam ferream quae ducit ad ciuitatē·
quę ultro apta est eis· Et exeuntes ꝓcesse
runt uicū unū· & ꝯtinuo discessit angelus ab eo·
Et petrus ad se reuersus· dix̄· Nc̄ scio uere· quia
misit dn̄s angelū suum· & eripuit me de manu hero
dis· Et de omni exspectatione· plebis iudeorū·

IN NATALE SC̄I PAULI APOSTOLI.
LECT̄. AD GALATAS. FR̄S

NOTŪ UOBIS FACIO EUANGELIUM
qđ euangelizatum est a me. quo
non est secundum hominem. Neq;
enim ego ab homine accepi illud. neq; didici.
sed ꝑ reuelationē ihū xp̄i. Audistis enim c̄uersa
tionem meā aliquando in iudaismo. quō
supra modum persequebar ecclesiam dī.
& expugnabam illā. Et ꝓficiebam in iuda
ismo supra multos coętaneos meos. In gene
re meo. Abundantius ęmulator existens.
patrarum mearum traditionum. Cum
autem placuit ei qui me segregauit de ute
ro matris meę. & uocauit ꝑ gratiam suā. ut
reuelaret filiū suum in me. ut euangelizarē
illū in gentib;. continuo non acquieui carni
& sanguini. neq; ueni hierosolimam. ad ante
cessores meos ap̄los. sed abii in arabiam. &

iterum reuersus sũ damascum. Deinde post
annos tres ueni hierosolimam. uidere petrũ.
& mansi apud eũ. dieb; quindecim. Alium au
tem apostolorum neminem uidi. nisi iacobũ
fratrem dñi. Quae autẽ scribo uobis. ecce co
rã dõ. quia non mentior. Deinde ueni in
partes syriae. & cilicię. Eram autem igno
tus facie ęcclae iudeae. quae erat in xpo.
Tantũ autem auditum habebant. quõ qui p
sequebatur nos aliquando. nunc euangeli
zat fidem. quam aliquando expugnabat.
Et in me clarificabant dnm ihm xpm.

IN OCTAVA APTORUM

LECTIO AD GALATAS. FRS

DS PERSONA HOMINIS NON AC
cipit. Mihi enim qui uidebantur ee aliquid.
nihil contulerunt. Sed e contrario cum ui
dissent quod creditum est mihi euangeliũ
pputii. sicut & petro circumcisionis. qui eni

187
191

operatus est petro in apostolatu circumcisionis. operatus est & mihi inter gentes. Et cum cognouissent gratiam quae data est mihi. Iacobus & caephas. & Iohannes. qui uideban tur columnae ee. dextras dederunt mihi & barnabae societatis. ut nos in gentes. ipsi autem in circumcisionem. Tantum. ut pauperum memores essemus.

IN NAT. S. PROCESSI ET MARTINIANI. LECT.

Stabunt iusti. RQ In nat. aptorum philippi & iacobi.

D. I. S. IACOBO APTO. LECTIO

Benedictus ds & pat dni. RQ In nat. s. iohannis eu.

IN NAT. SEPTEM FRATRUM. LECTIO

Rememoramini pristinos dies. RQ In nat. plur. mart.

D. I. S. FELICE ET RELIQUIS. LECTIO

Spectaculum facti sumus. RQ In nat. unius conf.

IN NAT. S. ABDO ET SENNE. LECTIO

Gratias agere debemus. RQ In nat. unius conf.

AD UINCULA S. PETRI APTI. LECTIO.

Misit herodes· R̄Q̄ In nat̄ ipsius· EBREORUM

EODEM DIE PASSIO·VII· FR̄UM MACHA

LEC·LIB·SAPIENTIAE

ALEPH MULIEREM FORTEM
quis inueniet? Procul·
et de ultimis finibus· pretium eius·

BETH Confidit in ea cor uiri sui·
& spoliis non indigebit·

GIMEL Reddet ei bonum & non malum·
omnibus diebus uitae suae·

DELET Quaesiuit lanam & linum· & operata
est consilio manuum suarum·

HE Facta est quasi nauis institoris·
de longe portat panem suum·

UAU Et de nocte surrexit· dedit prędam
domesticis suis· & cibaria ancillis suis·

ZAI Considerauit agrum & emit eum·
de fructu manuum suarum plantauit uineā·

HETH Accinxit fortitudine lumbos suos·

& roborauit brachium suum·

TETH Gustauit· & uidit quia bona est negotiatio eius· non extinguetur in nocte lucerna eius·

IOTH Manum suam misit ad fortia· & digiti eius apprachenderunt fusum·

CAPH Manum suam aperuit inopi· & palmas suas extendit ad pauperem·

LAMETH Non timebit domui suae a frigoribus niuis· omnes enim domestici eius· uestiti sunt duplicibus·

MEM Stragulatam uestem fecit sibi· byssus & purpura indumentum eius·

NON Nobilis in portis uir eius· quando sederit cum senioribus terrae·

SAMEC Sindonem fecit & uendidit· & cingulum tradidit chananeo·

AIN Fortitudo & decor indumentum eius· & ridebit in die nouissimo·

FE Os suum aperuit sapientiae · & lex clementiae In lingua eius ·

SADE Consideravit semitas domus suae · & panem otiosa non comedit ·

COPH Surrexerunt filii eius · & beatissimam praedicaverunt · vir eius · & laudavit eā ·

RES Multae filiae congregaverunt divitias · tu supergressa es universas ·

SIN Fallax gratia & vana est pulchritudo · mulier timens deum · Ipsa laudabitur ·

TAU Date ei de fructu manuum suarum · Et laudent eam In portis · opera eius ·

IN NAT̄ · S · STEPHANI PAPAE · ET MART̄ · LECT̄ ·

Ecce sacerdos magnus · RQ In nat̄ unius sacerdotis ·

IN INUENT̄ · CORPORIS · S · STEPHANI

LECT̄ · LIB · APOCAT̄ · IOHANNIS APL̄I ·

IN DIEBUS ILLIS · ABSTERGIT DS̄ · omnem lacrimam · ab oculis sanctorum · & mors ultra non erit · neque luctus · neque

clamor · neque dolor erit ultra · quae
prima abierunt · Et dixit qui sedebat
in throno · Ecce noua facio omnia · Et
dixit mihi · Factum est · Ego sum a · &
ω · Initium & finis · Ego sitienti dabo de
fonte aquae uiuae gratis · Qui uicerit
possidebit haec · & ero illi deus · & ille erit
mihi · filius ·

IN NATALI SCI SYXTI MART · LECTIO
Dedit dns confessione · RQ In nat unius sacerdotis ·
EODEM DIE NAT · S · FILICISSIMI ET AGAPITI · LEC
Memor esto dnm ihm RQ In nat unius · M · seu cfess ·
IN NAT · S · AFRAE MART · LECTIO
Confitebor tibi dne rex · RQ In nat virginum ·
IN NAT SCI CYRIACI MART · LECTIO ·
Benedictus ds & pat RQ In nat plurimoru scorum ·
IN UIG · SCI LAURENTII MARTYR ·
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE ·
CONFITEBOR TIBI DNE REX · ET

collaudabo te deum saluatorem meum·
Quoniam adiutor & protector factus es
mihi· & liberasti corpus meum a perdi
tione· A laqueo linguae iniquae· & a la
biis operantium mendacium· Et in con
spectu persequentium factus es mihi adiu
tor· & liberasti me secundum multitudi
nem misericordiae nominis tui· De ma
nibus quaerentium animam meam· &
de multis tribulationibus· & a praessura
flammae quae circumdedit me· & in
medio ignis non sum aestuatus· De alti
tudine uentris inferi· & lingua coinquina
ta· & a uerbo mendacii· A rege iniquo &
lingua iniusta· liberasti me· Laudabit
usque ad mortem anima mea dominum·
quoniam eruis sustinentes te· Et libe
ras eos de manibus angustiae· domine
ds̄ noster·

IN NATAT· SCI LAURENTII·
LECT· EP· BEATI PAULI AP·
AD CORINTHIOS· FRS
QUI PARCE SE
MINAT· PARCI ET ME
tet· Et qui seminat in be
nedictio nibus· de benedictionibus
& metet· Unusquisque prout destina
uit corde suo· non ex tristitia· aut ex
necessitate· Hilarem enim datorem·
diligit ds· Potens est autem deus omne
gratiam habundare facere in uobis· ut
in omnibus semper omnem sufficientiā
habentes· habundetis in omne opus bo
num· sicut scriptum est· Dispersit· de
dit pauperibus· iustitia eius manet in sae
culum saeculi· Qui autem administrat
semen seminanti· & panem ad manducan
dum praestabit· & multiplicabit semen

vestrum. Et augebit incrementa frugum iustitiae vrae.

IN NAT. S. TYBURTII MART. LECTIO

Confitebor tibi dne rex. RQ In vig. s. Laurentii m.

DE S. YPPOLITO MART. LECTIO

Iustorum animae. RQ In nat. plur. martyrum.

DE S. EUSIBIO CONF. LECTIO

Beatus vir qui in sapientia RQ In nat. unius mart.

IN UIG. ASSUMPT. S. MARIAE. LECTIO

Sapientia laudabit animam suam. RQ In nat. virg.

IN ASSUMPTIONE SCAE MARIAE

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE

IN OMNIBUS RE

QUIEM QUAESIVI. ET IN HAERE ditate eius morabar. Tunc praecepit & dixit mihi creator omnium. & qui creavit me requievit in tabernaculo meo. & dixit mihi. In iacob inhabita. & in israhel haereditare. & in electis meis

mitte radices. Et sic in sion firmata sum.
& in ciuitate sanctificata similiter requi
eui. & in hierusalem potestas mea. Et ra
dicaui in populo honorificato. & in parte
dei mei haereditas illius. & in plenitudine
sanctorum detentio mea. Quasi caedrus
exaltata sum in libano. & quasi cypressus
in monte sion. Et quasi palma exaltata
sum in cades. & quasi plantatio rosae in hie
richo. Quasi oliua speciosa in campis. &
quasi platanus exaltata sū iuxta aquā in pla
teis. Sicut cynamomum & balsamum aro
matizans odorem dedi. Quasi myrra ele
cta. dedi suauitatem odoris.

IN OCTAVA. S. LAURENTII MARTˉ. LECTˉ.
Qui parce seminat. RQ. In festiuitate eius.
IN NATˉ. S. AGAPITI MARTˉ. LECTIO
Iustus si morte praeoccupatus. RQ. In natˉ unius martˉ.
IN UIGˉ. S. BARTHOLOMII APˉLI. LECTIO

Beatus uir qui inuentus ē. RQ In uig apostorum.

IN FESTIVITATE EIUS. LECTIO.

Scimus quoniam dilig. RQ In nat omniū apstorū.

IN NAT. S. HERMETIS. M. LECTIO.

Benedictus dš & pat. RQ In nat plurimorū mart.

IN NAT. S. SABINAE VIRG. LECTIO.

Sapientia uincit malitiā. RQ In nat uirginum.

EODEM DIE DECOLLATIO. S. IOHANIS BAPTISTAE. LEC

Exspectatio iustorum. RQ In nat plurimorū. M.

ITEM ALIA UNDE SUPRA

LECT. AD THESALON. FRS

PRAEDICAVIMUS UOBIS euangelium dei. Uos autem testes estis & dš. quam sancte & iuste. & sine querela. vobis qui credidistis fuimus. Sicut scitis qualiter unumquemque uestrum tamquam pater filios suos. deprecantes uos & consolantes. testificati sumus ut ambuletis digne dō. q̄ uocauit uos

In suum regnum & gloriam. Ideo & nos
gratias agimus deo sine intermissione. quo
niam cum accepissetis a nobis uerbum audi
tus dī. accepistis non ut uerbum hominū.
sed sicut est uere uerbum dei. qui opera
tur in uobis qui credidistis. Uos enim
imitatatores facti estis. fratres aecclesiarū
dei. quae sunt in iudea in xp̄o ihū. quia
eadem passi estis & uos a contribulibus ue
stris. sicut & ipsi a iudeis. Qui & dominum
occiderunt ihm̄. & prophetas & nos perse
cuti sunt. & deo non placent. & omnibus
hominibus aduersantur. Prohibentes nos
gentibus loqui ut saluae fiant. ut imple
ant peccata sua semper. Praeuenit enī
ira dei super illos usque in finem. Nos au
tem fratres desolati a uobis ad tempus ho
rae. aspectu non corde. habundantius fe
stinauimus faciem uestram uidere. cum

multo desiderio· Quoniam uoluimus ue
nire ad uos· ego quidem paulus· & semel
& iterum· sed impediuit satanas· Quae
est enim nostra spes aut gaudium· aut
corona gloriae ·N· Nonne uos ante domi
num IHM XPM estis in aduentu eius ·N·
Uos enim estis gloria nostra· & gaudium·

IN NATALI S· FELICIS ET ADAUCTI· LECT·

Lingua sapientium RQ In nat̄ plurimorū scōrum·

IN NATALI S· ADRIANI MART̄ LECTIO·

Confitebor tibi dn̄e rex· RQ In vig̃ s· laurentii· m·

IN NATIUITATE SCAE MARIAE·

LECTIO LIB· SAPIENTIAE·

DN̄S POSSEDIT
ME INITIUM UIARUM
suarum· antequam quicquā
faceret a principio· Ab aeter
no ordinata sum· & ex antiquis· ante quā
terra fieret· Necdum erant abyssi· & ego

iam concepta eram· Necdum fontes aquarũ
eruperant· necdum montes graui mole con
stiterant· Ante colles· ego parturiebar·
Adhuc terram non fecerat & flumina· & car
dines orbis terrae· quando praeparabat
caelos aderam· quando certa lege & giro·
uallabat abyssos· Quando aethera firma
bat sursum· & librabat fontes aquarum·
Quando circumdabat mari terminum suum·
& legem ponebat aquis· ne transirent fines
suos· quando appendebat fundamenta ter
rae· cum eo eram· cuncta componens· Et de
lectabar per singulos dies· ludens coram
eo omni tempore· Ludens in orbe terrarũ·
& deliciae meae· esse cum filiis hominum·
Nunc ergo filii· audite me· Beati qui custo
diunt uias meas· Audite disciplinam· & e
stote sapientes· & nolite abicere eam· Bea
tus homo qui audit me· qui uigilat ad fo

res meas cottidie· & obseruat ad postes
ostii mei· Qui me inuenerit· inueni& ui
tam· Et hauriet salutem a domino·
IN FESTIUITATE· S· GURGONII· M· LECT·
Iustum deduxit dns· RQ In nat unius confess·
DE· S· PROTO ET IACINCTO M· LECTIO
Qui timent dm· RQ In nat plurim mart·
IN NAT· S· CYPRIANI MART· LECTIO
Lingua sapientium· RQ In nat plurim scorum·
EODEM DIE EXALTATIO· S· CRUCIS·
LECT· AD HEBREOS· FRS
SCIENTES QUOD NON IUSTIFICA
tur homo ex operibus legis· nisi per
fidem ihu xpi· Et nos in xpm ihm cre
dimus· ut iustificemur ex fide ihu xpi·
& non ex operibus legis· Propter quod
ex operibus legis· non iustificabitur omnis
caro· Quod si quaerentes iustificari in xpo.
inuenti sumus & ipsi peccatores· Numquid

xp̄c est peccati minister? Absit. Si enim
quae destruxi haec iterum reaedifica
bo. praeuaricatorem me constituo. Ego
enim per legem legi mortuus sum. ut dō
uiuam. Xp̄o enim confixus sum cruci. uiuo
autem iam non ego. uiuit uero in me xp̄c.
Quod autem nunc uiuo in carne. In fide ui
uo filii dei. Qui dilexit me. & tradidit
semetipsum pro me. ITEM ALIA
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.
IN DIEBUS ILLIS.
OPTAUI. ET DATUS EST MIHI
sensus. Inuocaui & uenit in me
spiritus sapientiae. Et praeposui illam re
gnis & sedibus. & diuitias nihil esse duxi.
In comparatione illius. Nec comparaui il
li lapidem praetiosum. quoniam omne
aurum. in comparatione illius harena est
exigua. & tamquam lutum aestimabitur.

In conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi illam. & proposui pro luce habere illam. quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa. & innumerabilis honestas per manus illius. Et lętatus sum in omnibus. quoniam antecedebat me. & ignorabam quoniam omnium mater est. quam sine fictione didici. & sine invidia communico. & honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus. quod qui usi sunt. participes facti sunt amicitiae dī.

IN NAT̄. S. NICOMEDIS MART̄. LECTIO.

Beatus uir qui in sap̄. R̄Q In nat̄ unius c̄fess̄.

IN NAT̄. S. EUFEMIAE LUCIAE ET GEMINIANI.

Gratias agere debemus. R̄Q In nat̄ unius conf̄.

IN UIG̃. S. MAT̄ AP̄LI ET EUANG̃. LECTIO

Beatus homo qui inuenit · R̅Q̅ In uig̅ apostolorū ·

IN NAT̅ IPSIUS · LECTIO

Unicuique n̅r̅m̅ · R̅Q̅ In nat̅ ap̅torum · Eius · LEC ·

IN NAT̅ · S · HEMMERAMMI · MAURITII · ET SOCIORUM

Iusti in perpetuo uiuent · R̅Q̅ In nat̅ plur̅ s̅c̅orum ·

DE · S · COSMA ET DAMIANO · LECTIO ·

Qui timent d̅m̅ non er̅ inc̅ · R̅Q̅ In nat̅ plurim̅ mart̅ ·

IN FESTIUITATE S̅C̅I MICHAHELIS ·

LEC LIB · APOC · IOH · AP̅LI · IN DIEB; ILL ·

SIGNIFICAUIT D̅S̅ QUAE OPORTET fieri cito · loquens per angelum suum seruo suo iohanni · qui testimonium perhibuit uerbo dei · & testimonium ih̅u x̅p̅i · quaecumque uidit · Beatus qui legit · & q̅ audiunt uerba prophetiae huius · & seruant ea quae in ea scripta sunt · Tempus enim prope est · Johannes septem ęcclesiis · quae sunt in asia · Gratia uobis & pax · ab eo qui est · & qui erat · & qui uen

turus est. Et a septem spiritibus. qui in
conspectu throni eius sunt. & ab ihu xpo
qui est testis fidelis. primogenitus mortu
orum. & princeps regum terrae. Qui di
lexit nos. & lavit nos a peccatis nostris.
In sanguine suo. ITEM ALIA.
LECTIO LIB. APOCALYPSIS IOHAN
NIS APTI. IN DIEBUS ILLIS
FACTUM EST PROELIUM MA
gnum in caelo. michahel & angeli
eius proeliabantur cum dracone. Et
draco pugnabat & angeli eius. & non va
luerunt. neque locus eorum inventus est
amplius in caelo. Et proiectus est draco
ille magnus. serpens antiquus. qui dici
tur diabolus & satanas. qui seducit uni
versum orbem. Et proiectus est in ter
ram. & angeli eius cum illo missi sunt.
Et audivi vocem magnam. de caelo di

centem. Nunc facta est salus & uirtus.
& regnum dō nostro. & potestas xp̄i eius.
quia proiectus est accusator fratrum no
strorum. qui accusabat illos ante con
spectum dei nostri. die ac nocte. Uice
runt illum propter uerbum testimo
nii sui. & non dilexerunt animas suas.
usque ad mortem. Propterea laetami
ni caeli. & qui habitatis in eis.

IN NAT̄. S. MARCI C̄FESS̄. LECTIO
Dedit dn̄s conf̄. R̄Q. In nat̄ unius c̄fessoris.
IN NAT̄. S. CALISTI PAPAE. LECTIO.
Ecce sacerdos magnus. R̄Q. In nat̄ unius sac̄.
IN UIḠ. S. GALLI CONF̄. LECTIO.
Iustus cor suum tradet. R̄Q. In nat̄ unius conf̄.
IN FESTIUITATE IPSIUS. LECTIO
Dilectus dō & hom̄. R̄Q. In nat̄ unius conf̄.
IN NAT̄. S. LUCAE EUANḠ. LECTIO.
Testifi cor corā dō. R̄Q. In nat̄ unius c̄f.

IN OCTAUA S. GALLI CONF. LECTIO.
Sapientiam omnium. RQ In nat. unius confessoris.
IN UIG. APLORŪ SYMONIS ET IUDAE. LECT.
Iam non estis hospites. RQ In nat. omniū aplorum.
IN FESTIUITATE EORŪ. LECTIO
Scimus quoniam dilig. RQ In nat. omniū aplorum.
IN UIGILIA OMNIŪ SCORŪ TJLL
LEC. LIB. APOCAL. IOH. APLI. IN DIEB. I.
ECCE EGO IOHANNES UIDI IN medio throni & quattuor animalium. & in medio seniorum. agnum stantem tamquam occisum. habentem cornua septem & oculos septem. qui sunt septem spiritus dei. missi in omnem terram. Et uenit. & accepit de dextra sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librū. quattuor animalia & uiginti quattuor seniores ceciderunt coram agno. habentes singuli cytharas & fialas aureas. plenas odoram

torum· quae sunt orationes scōrum· Et can
tabant canticum nouum dicentes· Dignus
es domine accipere librum· & aperire signa
cula eius· quoniam occisus es· & redemisti
nos dō in sanguine tuo· ex omni tribu et
lingua· & populo· & natione· & fecisti nos
deo nostro regnum & sacerdotes· & regna
bunt super terram· Et uidi· & audiui uo
cem angelorum multorum in circuitu thro
ni· & animalium· & seniorum· Et erat
numerus eorum milia milium· uoce ma
gna dicentium· Dignus est agnus qui oc
cisus est· accipere uirtutem & diuinitatē·
& sapientiam· & fortitudinem· & hono
rem· et gloriam & benedictionem· in sae
cula saeculorum·

IN FESTIVITATE OMNIV̄ SC̄ORVM·
LECTIO LIBRI APOCALYPSIS IOH̄
APTI· IN DIEBVS ILLIS



ECCE EGO IO

HANNIS · VIDI ANGELUM
ascendentem ab ortu solis · ha
bentem signum dei uiui · Et cla
mauit uoce magna quatuor angelis · qui
bus datum est nocere terrae & mari · di
cens · Nolite nocere terrae & mari · neq;
arboribus · quo adusque signemus ser
uos dei nostri · In frontibus eorum · Et
audiui numerum signatorum · Centum
quadraginta quatuor milia · signati ex
omni tribu filiorum israhel ·
Ex tribu iuda · duodecim milia signati ·
Ex tribu ruben · duodecim milia signati ·
Ex tribu gad · duodecim milia signati ·
Ex tribu aser · duodecim milia signati ·
Ex tribu neptalim · duodecim milia signati ·
Ex tribu manasse · duodecim milia signati ·
Ex tribu simeon · duodecim milia signati ·

198
202

Ex tribu leui· duodecim milia signati·
Ex tribu isachar· duodecim milia signati·
Ex tribu zabulon· duodecim milia signati·
Ex tribu ioseph· duodecim milia signati·
Ex tribu beniamin· duodecim milia signati·
Post haec uidi turbam magnam quam dinu
merare nemo poterat· ex omnibus gentib;
& tribubus· & populis· & linguis· stantes an
te thronum & in conspectu agni· amicti
stolis albis· & palmae in manibus eorum·
Et clamabant uoce magna· dicentes· Sa
lus deo nostro· qui sedet super thronum·
& agno· Et omnes angeli stabant in circu
itu throni & seniorum· & quattuor anima
lium· & ceciderunt in conspectu throni in
facies suas· & adorauerunt deum· dicen
tes· Amen· Benedictio· & claritas· & sapi
entia· & gratiarum actio· & honor & vir
tus· Et fortitudo dō nostro· in saecula

saeculorum amen·
IN NAT̄ · S · CAESARII MART̄ · LECTIO·
Iustus cor suum tradet· R̄Q In nat̄ unius mart̄·
OI · S · QUATUOR CORONATIS · LECTIO·
Sc̄i per fidem uicerunt· R̄Q In nat̄ plurim̄ mart̄·
IN NAT̄ · S · THIODORI MART̄ · LECTIO·
Iustum deduxit dn̄s· R̄Q In nat̄ unius mart̄·
IN NAT̄ · S · MINNAE MART̄ · LECTIO·
Beatus uir qui inuentus est· R̄Q In nat̄ plur̄ ap̄lor̄u·
HODIE DIEI FEST̄ · S · MARTINI · LECTIO·
Ecce sacerdos magnus· R̄Q In nat̄ unius sacerdotis·
IN UIG̃ · S · OTMARI CONFESS̄ · LECTIO·
Iustus cor suum· R̄Q In nat̄ unius conf̄·
IN FESTIUITATE EIUS· LECTIO·
Iustum deduxit dn̄s· R̄Q In nat̄ unius confess̄·
OI · S · CICILIAE UIRG̃ · LECTIO·
De uirginibus p̄ceptum· R̄Q In nat̄ Scar̄u uirḡ·
IN NATAL̄ · SCI CLEMENTIS PAPAE
LECT̄ · EP̄ · BEATI PAULI AP̄TI AD PHILIPP̄·

Itaque fratres mei karissimi & desiderantissimi. gaudium meum & corona mea. sic state in domino karissimi. Euhodiam rogo. & syntycen deprecor. idipsum sapere in domino. Etiam rogo & te germane compar. adiuua illas quae mecum laborauerunt in euangelio. cum clemente & coeteris adiutoribus meis. quorum nomina sunt in libro uitae.

IN NAT. S. FELICITATIS. LECTIO.
Mulierem fortem quis inueniet. RQ in nat. vii. fratrum.

IN NAT. S. CRYSOGONI MART. LECTIO
Memor esto dominum ihesum christum. RQ in nat. unius conf.

IN NAT. S. SATURNINI MART. LECTIO.
Benedictus deus & pater. RQ in nat. unius conf.

IN UIGILIA SCI ANDREAE APOSTOLI.
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE
Benedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi haereditatem. & diuisit illi partem in tribubus

duodecim · & Inuenit gratiam In conspe
ctu omnis carnis · Et magnificauit eum
In timore inimicorum · & uerbis suis mon
stra placauit · Glorificauit eum In con
spectu regum · & ostendit illi gloriam
suam · In fide & lenitate ipsius sanctum
fecit illum · & elegit eum ex omni carne ·
Dedit illi praecepta · & legem uitae & disci
plinae · & excelsum fecit illum · Statuit
ei testamentum aeternum · circumcinxit
eum zona iustitiae · Et induit eum do
minus · corona gloriae ·

IN NATALI SCI ANDREAE APLI ·

LECT · AD ROMANOS · FRS ·

CORDE CREDITUR AD IU
stitiam · ore autem confessio fit
ad salutem · Dicit enim scriptura ·
Omnis qui credit In illum · non confunde
tur · Non enim est distinctio Iudei · &

greci · Nam idem dns omnium · diues in oms
qui inuocant illum · Omnis enim quicumq;
inuocauerit nomen dni · saluus erit · Quo
modo ergo inuocabunt · in quem non cre
diderunt? Aut quomodo credent ei quē
non audierunt? Quomodo autem audient
sine praedicante? quomodo uero prae
dicabunt nisi mittantur? Sicut scriptū
est · Quam speciosi pedes euangelizantium
pacem · euangelizantium bona · Sed non o
mnes oboediunt euangelio · Esaias enim
dicit · Dne · quis credidit auditui nostro?
Ergo fides ex auditu · auditus autem per
uerbum xpi · Sed dico · Numquid non au
dierunt? Et quidem in omnem terram
exiit sonus eorum · & in fines orbis terrae ·
verba eorum ·

IN NAT̄ S · DAMASI PAPAE · LECTIO
Plures facti sunt sacerdotes · R̄Q in nat̄ unius sacerd̄ ·

IN NAT̄ S· LUCIAE VIRḠ· LECTIO

Ḋne ds̄ meus exaltasti· R̄Q In nat̄ virginum·

IN NAT̄ S· THOMAE APL̄I· LECTIO·

Beatus uir qui inuentus est· R̄Q In nat̄ omniū aplorum·

INCIPIT DE NATALICIIS SCORUM.
IN UIG OMNIUM APTORU.
LECT LIB SAPIENTIAE.

BEATUS

UIR QUI INUENTUS est sine macula · & qui post aurum non abiit · nec sperauit in pecunia · & thesauris · Quis est hic · & laudabimus eum · Fecit enim mirabilia · In uita sua · Quis probatus est in illo · & perfectus est · & erit illi in gloria aeterna · Qui potuit transgredi & non est transgressus · & facere mala · & non fecit · Ideo stabilita sunt bona illius in dno · & elemosinas illius enarrabit · omnis aecclesia sanctorum ·

IN NATALICIIS OMNIUM APTORUM.
LECTIO · AD EFFESIOS · FRS ·

IAM NON ESTIS HOSPITES
& aduenae · sed estis ciues sanctorum · &
domestici di · Superaedificati super fun
damentum apostolorum & prophetarū ·
Ipso summo angulari lapide · xp̄o ihu ·
Jn quo omnis aedificatio constructa · crescit
In templum sanctum in dn̄o · Jn quo & uos
coaedificamini Inhabitaculum dei · In spi
ritu sancto · ITEM ALIA ·

LECTIO AD EFESIOS · FR̄S ·

Benedictus ds̄ & pat̄ dn̄i nr̄i ihū xp̄i qui benedixit ·
REQ̄ In nat̄ S · Iohannis euanḡ ·

ITEM ALIA UNDE SUPRA ·

LECTIO AD EFESIOS · FR̄S ·

UNICUIQUE NR̄M DATA EST
gratia · secundum mensuram donatio
nis xp̄i · Propter quod dicit · Ascendens
In altum · captiuam duxit captiuitatem ·
dedit dona hominibus · Quod autem ascen

dit quid est? nisi quia & descendit primū
In inferiores partes terrae. qui descendit.
Ipse est & qui ascendit super omnes caelos.
Ut adimpleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos. quosdam
quidem prophetas. Alios uero euangeli
stas. alios autem pastores & doctores ad
consummationem sanctorum. In opus mini
sterii. In aedificationem corporis xp̄i.
Donec occurramus omnes In unitatem fi
dei. & agnitionis filii dei. In uirum perfe
ctum. In mensuram aetatis. Plenitudinis
xp̄i. dn̄i nr̄i. ITEM ALIA.

LECTIO AD ROMANOS. FR̄S.
SCIMUS QUONIAM DILI
gentibus dm̄ omnia cooperantur
In bonum. his qui secundum propo
situm uocati sunt sancti. Nam quos prę
sciuit & praedestinauit conformes fieri

Imaginis filii sui · Ut sit ipse primogenitus
In multis fratribus' quos autem praede
stinavit · hos & vocavit' Et quos uoca
uit · hos & iustificavit' quos autem iusti
ficavit · illos & magnificavit' Quid er
go dicemus ad haec? Si ds̄ pro nobis · quis
contra nos? Qui etiam proprio filio suo
non pepercit · sed pro nobis omnibus tra
didit illum' quomodo non etiam cum
illo omnia nobis donavit? Quis accu
sabit aduersus electos dī? Deus qui iusti
ficat? Quis est qui condemnet? X̄P̄C
IH̄C qui mortuus est · Immo qui & resur
rexit? Qui est ad dexteram dei? Qui eti
am interpellat pro nobis? Quis nos se
parabit a caritate xp̄i? Tribulatio? An
angustia? An persecutio? An fames? An
nuditas? An periculum? An gladius?
Sicut scriptum est' quia propter te mor

tificamur tota die · aestimati sumus ut o
ues occisionis. Sed in his omnibus supera
mus · propter eum qui dilexit nos. Cer
tus sum enim · quia neque mors neque
uita · neque angeli · neque principatus ·
neque instantia · neque futura · neque
fortitudo · neque altitudo · neque pro
fundum · neque creatura aliqua · pote
rit nos separare a caritate dei · quę est
in xp̄o ih̄u · dn̄o nr̄o ·

IN UIGILIA UNIUS SACERDOTIS ·
LECT̄ · AD TIMOTHEU̅ · K̄ME

TESTIFICOR CORAM D̄O ET
xp̄o ih̄u qui iudicaturus est uiuos
& mortuos · & aduentum ipsius · & re
gnum eius. Praedica uerbum · insta opor
tune · importune. Argue · obsecra · incre
pa · in omni patientia & doctrina. Erit
enim tempus cum sanam doctrinam non

sustinebunt · sed ad sua desideria coacer
uabunt sibi magistros · prurientes auribus
Et a ueritate quidem auditum auertent ·
ad fabulas autem conuertentur · Tu ue
ro uigila · In omnibus labora · opus fac eu
angelistę · ministerium tuum Imple · so
brius esto · Ego enim Iam delibor · & tem
pus meae resolutionis Instat · Bonum
certamen certaui · cursum consummaui ·
fidem seruaui · In reliquo reposita est
mihi corona Iustitiae · quam reddet mi
hi dominus In illa die · Iustus iudex ·
Non solum autem mihi · sed et his qui dili
gunt · aduentum eius · ET CERDOTIS ·
IN FESTIŪ · UNIUS SA
LECT LIBRI SAPIENTIĘ



CCE SACER
DOS MAGNUS · QUI
In diebus suis placuit do ·

& Inuentus est iustus · & In tempore Ira
cundiae · factus est reconciliatio · Non ē
Inuentus similis illi · qui conseruaret le
gem excelsi · Ideo iureiurando · fecit illū
dns̄ crescere In plebem suam · Benedictio
nem omnium gentium dedit illi · & testa
mentum suum confirmauit super caput
eius · Cognouit eum In benedictionibus
suis · conseruauit illi misericordiam suam ·
& Inuenit gratiam coram oculis domini ·
Magnificauit eum In conspectu regum · & de
dit illi coronam gloriae · Statuit illi te
stamentum sempiternum · & dedit illi sacer
dotium magnum · & beatificauit illum
In gloria · Fungi sacerdotio · & habere
laudem In nomine ipsius · Et offerre illi
Incensum dignum · In odorem suauitatis ·

ITEM ALIA UNDE SUPRA ·
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE ·

DEDIT DNS CONFESSIO
nem sancto excelso· In uerbo glo
riae· De omni corde suo lauda
uit dominum· dilexit deum· qui fecit
eum· Dedit illi contra inimicos poten
tiam· stare fecit cantatores contra altare·
In sono eorum dulces fecit modos· Dedit
in celebrationibus decus· & ornauit tem
pora· usque ad consummationem uitae·
XPC purgauit peccata ipsius· exaltauit in
aeternum cornu ipsius· sapientia lauda
bit animam suam· In deo honorificabitur·
In medio populi sui gloriabitur· In ec
clesiis altissimi apperiet os suum· In conspe
ctu uirtutis illius gloriabitur· In medio
populi laudabitur· In plenitudine san
cta ammirabitur· In multitudine electo
rum habebit laudem· & inter benedi
ctos· benedicetur· ITEM ALIA UBI SUP·

LECTIO AD HEBREOS · FRS ·

DOCTRINIS VARIIS ET PE
regrinis · nolite abduci · Optimum
est enim gratia stabilire cor · non
aescis · quae non profuerunt ambulantibus
in eis · Habemus altare · de quo edere non
habent potestatem · qui tabernaculo de
seruiunt · Quorum enim animalium in
fertur sanguis pro peccato in sancta per
pontificem · horum corpora cremantur
extra castra · Propter quod & ihc ut scifi
caret per suum sanguinem populum · extra
portam passus est · Exeamus igitur ad eū
extra castra · Improperium eius portantes ·
Non enim habemus hic manentem ciuita
tem · sed futuram inquirimus · Per ipsum
ergo · offeramus hostiam laudis semper
dō · id est fructum labiorum · confitentiū
nomini eius · Beneficentiae autem & cō

municationis · nolite obliuisci · Talibus e
nim hostiis · promeretur ds · ITEM ALIA ·
LECTIO · AD HIBRIOS · FRS ·
PLURES FACTI SUNT SACER
dotes · idcirco quod morte prohibe
rentur permanere · Hic autem eo quod
maneat in aeternum · sempiternum habet
sacerdotium · Unde et saluare in perpe
tuo potest accedentes per semetipsum ad
deum · semper uiuens · ad interpellandum
pro eis · Talis enim decebat ut nobis esset
pontifex · scs · Innocens · Impollutus · segre
gatus a peccatoribus · & excelsior caelis fa
ctus · qui non habet cottidie necessitatē
quemadmodum sacerdotes · prius pro suis
delictis hostias offerre · deinde pro popu
li · hoc enim fecit semel se offerendo · do
minus noster ihc xpc ·

IN UIGILIA UNIUS CONFESSORIS ·

ad hebreos

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE·

IUSTUS COR SUUM TRADET AD UIgilandum diluculo ad dominum qui fecit illum· & in conspectu altissimi deprecabitur· Aperiet os suum in oratione· & p delictis suis deprecabitur· Si enim dominus magnus uoluerit· spu intellegentiae replebit illum· Et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiae suae· & in oratione confitebitur domino· Et ipse diriget consilium eius & disciplinam· & in absconditis suis consiliabitur· Et ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae· & in lege testamenti domini gloriabitur· Collaudabunt multi sapientiam eius· & usque in saeculum non delebitur· Non recedet memoria eius· & nomen eius requiretur a generatione· in generationem·

IN NATALE IUNIUS CFESSORIS TMARTYRIS·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

BEATUS UIR QUI IN SAPIENTIA SUA MORA
bitur. & qui in iustitia meditabitur.
& in sensu cogitabit circumspectionē
dei. Cibauit illum pane uitae & intellectus.
& aqua sapientiae salutaris potauit illum.
Et firmabitur in illo & non flectetur. & con
tinebit illum & non confundetur. & exalta
bit illum apud proximos suos. Et nomi
ne aeterno hereditabit illum dominus
ds̄ noster. ITEM ALIA UNDE SUPRA.

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

DILECTUS DO̅ ET HOMINIB.
cuius memoria in benedictione
est. Similem illum fecit gloriae san
ctorum. & magnificauit eum in timore in
imicorum. & verbis suis monstra placauit.
Glorificauit illum in conspectu regum. &

iunxit illi coronam populi sui· & ostendit
illi gloriam suam· In fide & lenitate ipsius
sanctum fecit illum· & elegit eum ex omni car
ne· Audiuit enim uocem ipsius· & induxit
illum in nube· Et dedit ei cor ad praece
pta· & legem uitae· & disciplinae·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE·

IUSTUS SI MORTE PRAEOCCUPA
tus fuerit in refrigerio erit· Senectus e
nim uenerabilis est· non diuturna· neque
numero annorum computata· Cani sunt
autem sensus hominis· & aetas senectutis·
uita immaculata· Placens deo factus dile
ctus· & uiuens inter peccatores translatus
est· Raptus est ne malitia mutaret intel
lectum illius· aut ne fictio decipiat animā
illius· Consummatus in breui· expleuit
tempora multa· Placita enim deo· erat
anima illius· Propter hoc properauit

educere illum · de medio iniquitatum ·
Quoniam gratia dei & misericordia est in san
cto illius · & respectus in electo illius ·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE ·

IUSTUM DEDUXIT DNS PER UIAS
rectas · & ostendit illi regnum dei · & de
dit illi scientiam sanctorum · Honestauit
illum in laboribus · & compleuit labores il
lius · In fraude circumuenientium illum af
fuit · & honestum fecit illum · Custodiuit
eum ab inimicis · & a seductoribus tutauit
eum · Et certamen forte illi it uinceret ·
ut sciret · quoniam omnium potentior est
sapientia · Haec uenditum iustū non dere
liquit · sed a peccatoribus liberauit eum ·
Descendit cū illo in foueā · & in uinculis n̄ de
reliquit illū · donec afferret illi sceptrū re
gni · & potentiā aduersus eos q̄ eū deprime
bant · Et m̄daces ostendit · q̄ maculauerunt

illū. Et dedit illi claritatē ęternā. dns ds nr.

BLECTIO LIBRI SAPIENTIAE

BEATUS HOMO QUI INUENIT sapientiam. & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione argenti & auri. Primi & purissimi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus. & omnia quae desiderantur. huic non ualent comparari. Longitudo dierum in dextera eius. In sinistra illius diuitiae & gloria. Uiae eius uiae pulchrae. & omnes semitae eius pacificae. Lignum uitae est his qui apprachenderint eam. & qui tenuerit eā. beatus. Dominus sapientia fundauit terram. & stabiliuit caelos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi. & nubes rore concrescunt.

BLECTIO AD CORINTH. FRS.

BENEDICTUS DS ET PATER

domini nostri ihu xpi · pater misericordiarum · & deus totius consolationis · qui consolatur nos in omni tribulatione nostra · Ut possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt · per exhortationem qua exhortamur & ipsi a deo · Quoniam sicut habundant passiones xpi in nobis · Ita & per xpm habundat consolatio nostra · Siue autem tribulamur · pro uestra exhortatione & salute · Siue consolamur · pro uestra consolatione · quae est in tolerantia earundem passionum quas patimur · & spes nra · firma pro uobis · Scientes quoniam sicut socii passionum estis · sic eritis & consolationis · In xpo ihu · dno nro · ITEM UNDE SUPRA ·

LECTIO AD TIMOTH · KME ·

MEMOR ISTO DNM IHM XPM RISURrexisse a mortuis · ex semine dauid · secundum euangelium meum · In quo

laboro usque ad uincula · quasi male ope
rans · sed uerbum dei non est alligatum ·
Ideo omnia sustineo propter electos · ut et ipsi
salutem consequantur quae est in xp̄o ihū ·
cum gloria cęlesti · Tu autem assecutus es
meam doctrinam · Institutionem · proposi
tum · fidem · longanimitatem · dilectionē ·
patientiam · persecutiones · passiones · Qua
lia mihi facta sunt antiochie · iconii · lystris ·
quales persecutiones sustinui · & ex omnibus
me eripuit dominus · Et omnes qui uo
lunt pie uiuere in xp̄o ihū · persecutio
nem patiuntur · ITEM ALIA ·
LECTIO AD CORINTH̄ · FR̄S ·
SPECTACULUM FACTI SUMUS
huic mundo · & angelis · & hominibus ·
Nos stulti propter xp̄m · uos autem
prudentes in xp̄o · Nos infirmi · uos autem
fortes · Uos nobiles · nos autem ignobiles ·

Usque in hanc horam & esurimus & sitimus & nudi sumus & colaphis caedimur & instabiles sumus & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur & benedicimus. Persecutionem patimur & sustinemus. Blasphemamur & obsecramus. Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omniū peripsima usque adhuc. Non ut confundam uos haec scribo sed ut filios meos carissimos moneo. In xp̄o ihū dn̄o nr̄o.

ITEM UBI SUPRA.

LECTIO AD THESALON. FRS.

GRATIAS AGERE DEBEMUS dō semper pro uobis ita ut dignū est quoniam supercrescit fides ūra & habundat caritas uniuscuiusque omnium uestrum in inuicem. Ita ut nos ipsi in uob gloriem in aecclesiis dei pro patientia uestra & fide in omnibus persecutionibus uestris & tri

bulationibus· quas sustinetis In exemplum
iusti iudicii dei· ut digni habeamini in re
gno dī· pro quo & patimini· Si tamen iustū
est apud deum retribuere retributionem
his qui uos tribulant· & uobis qui tribula
mini requiem nobiscum· In reuelationem
dnī ihū de caelo· cum angelis uirtutis eius·
In flamma ignis dantis uindictam his qui n̄
nouerunt deum· & qui non oboediunt eu
angelio DNI NRI· IHU XPI· Qui poenas da
bunt In interitu aeternas a facie domini·
& a gloria uirtutis eius· Cum uenerit
glorificari In sanctis suis· & admirabilis fieri
In omnibus qui crediderunt IHM XPM·
dominum nostrum· LEC LIB SAPIENT·
Confitebor tibi dn̄e rex· RQ Inuig· s· Laurentii·
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE·
SAPIENTIAM OMNIUM ANTIQUO
rum exquiret sapiens· & In prophetiis

uacabit & in uersutiis parabolarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret & in absconditis parabolarum conuersabitur. Et in medio magnatorum ministrabit & in conspectu praesidis apparebit & in terram aligenarum gentium pertransiet. Bona enim & mala in omnibus temptabit.

IN FESTIUIT. PLURIMORŪ SCORŪ.

LECTIO LIB. SAPIENTIAE.

LINGUA SAPIENTIŪ ORNAT SCIENTIAM. OS FAtuorum ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini contemplantur malos & bonos. Lingua placabilis lignum uitae. quae autem inmoderata est conteret spiritum. Domus iusti plurima fortitudo & in fructibus impii conturbatio. Labia sapientium

210
215

disseminabunt scientiam · cor stultorum · dissimile erit · Victimae impiorum abhominabiles domino · uota iustorum placabilia · Qui sequitur iustitiam · diligitur a domino · ITEM UNDE SUPRA

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE ·

IUSTI IN PERPETUO UIUENT · ET apud dominum est merces eorum · & cogitatio eorum apud altissimum · Ideo accipient regnum decoris · & diadema speciei · de manu domini · Quoniam dextera sua teget eos · & brachio sco suo defendet illos · Accipi& armaturam zelus illius · & armabit creaturam · ad ultionem inimicorum · Induent pro thorace iustitiam · & accipient pro galea iudicium certum · Sument scutum inexpugnabile aequitatem · Ibunt directae promissiones · Et ad certum locum deducet illos · dns ds nr ·

ITEM ALIA UBI SUPRA.
LECT. EP. BEA. PETRI APLI. R[OM] I.
BENEDICTUS DS ET PATER
domini nostri ihu xpi. qui secundu
magnam misericordiam suam regenera
uit nos in spem uiuam. per resurrectione
ihu xpi. ex mortuis. In haereditatem in
corruptibilem. et incontaminatam. et in
marcescibilem. conseruatam in caelis. In
uobis qui in uirtute dei custodimini per
fidem. in salutem paratam reuelari in tem
pore nouissimo. in quo exultabitis. Mo
dicum nunc si oportet contristari in ua
riis temptationibus. Ut probatio fidei
uestrae multo pretiosior sit auro. quod
per ignem probatur. Xpo igitur pas
so in carne. et uos eadem cogitatione
armamini. quia qui passus est in carne.
desiit a peccatis. ut iam non hominum

desideriis· sed uoluntate dei· quod reliquum
est in carne uiuamus· Estote itaque pru
dentes & uigilate in orationibus· Ante
omnia autem· mutuam in uobismetipsis ca
ritatem continuam habentes· sicut boni
dispensatores multiformis gratiae dei· Si
quis loquitur· quasi sermones dei· Si quis
ministrat· tamquam ex uirtute quam ad
ministrat ds· ut in omnibus honorificetur
ds· per IHM XPM· Et cum apparuerit
princeps pastorum· percipietis inmarcesci
bilem coronam gloriae· Ds autem omis
gratiae· qui uocauit uos in aeternam suam
gloriam in xpo IHU· modicum passos· ipse
perficiet & confirmabit· solidabitque· Ipsi
gloria & imperium· in saecula saeculorum·
AMIN·

IN NATALE CUS PLURIMORŪ MARTYRŪ
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

IUSTORUM ANIMAE
IN MANU DĪ SUNT· ET NON TAN
GET ILLOS TORMENTUM MORTIS· Uisi sunt
oculis insipientium mori· & estimata est
afflictio exitus illorum· Et quod a nobis
est iter exterminiū· illi autem sunt in pace·
Et si coram hominibus tormenta passi
sunt· spes illorum immortalitate plena
est· In paucis uexati· in multis bene dispo
nentur· quoniam dš temptauit illos· &
inuenit illos dignos se· Tamquam aurū
in fornace probauit illos· & quasi holo
causta accepit illos· & in tempore erit
respectus illorum· Fulgebunt iusti· &
tamquam scintillae in harundineto dis
current· Iudicabunt nationes· & domi
nabuntur populis· Et regnabit domi
nus illorum· In perpetuum·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

EXPECTATIO IUSTORUM LAETI
tia · spes autem impiorum peribit·
Fortitudo simplicis uia domini · & pauor his
qui operantur malum· Iustus in aeternum
non commouebitur · Impii autem · non ha
bitabunt in terra· Os iusti parturit sapien
tiam · lingua prauorum peribit· Labia iu
sti considerant placita · os impiorum per
uersa· Simplicitas iustorum diriget eos · &
supplantatio peruersorum uastabit illos·
Iustitia rectorum liberabit eos · & in insidiis
suis capientur iniqui· Iustus de angustia
liberatus est · & tradetur impius pro eo· Si
mulator ore decipit amicum suum · iusti
autem liberabuntur scientia· In bonis iu
storum exaltabitur ciuitas · & in perditio
ne impiorum erit laudatio· In benedictione
iustorum · exaltabitur ciuitas·

R LECTIO LIBRI SAPIENTIAE

REDDIT D̄S MERCEDEM LABO
rum sanctorum suorum · & deducet
illos in uia mirabili · Et fuit illis in uelamen
to diei · & in luce stellarum nocte · Transtu
lit illos mare rubrum · & transuexit illos
per aquam nimiam · Inimicos autem eorum
demersit in mare · Et ab altitudine inferorum ·
eduxit illos · Ideo iusti tulerunt spolia impi
orum · & decantauerunt · dn̄e · nomen sanctū
tuum · Et uictricem manum tuam lauda
uerunt pariter · dn̄e d̄s nr̄ ·

R LECTIO · AD · HEBREOS · FR̄S ·

REMEMORAMINI PRISTINOS
dies · in quibus illuminati · magnum
certamen sustinuistis passionum · In altero
quidem obprobriis & tribulationibus spe
ctaculum facti · In altero autem · socii taliter
conuersantium effecti · Nam & uinctis cō

passi estis · & rapinam bonorum uestrorum ·
cum gaudio suscepistis · cognoscentes uos
habere meliorem · & manentem substan
tiam · Nolite itaque amittere confidentiā
uestram · quae magnam habet remunera
tionem · Patientia enim uobis necessaria
est · Ut uoluntatem dei facientes · reporte
tis promissionem · Adhuc enim modicum
aliquantulum · qui uenturus est ueniet ·
& non tardabit · Iustus autem meus · ex fi
de uiuit · ITEM ALIA

LECTIO AD HEBREOS · FRS ·
SCI PER FIDEM UICERUNT REGNA ·
operati sunt iustitiam · adepti sunt re
promissiones · Obdurauerunt ora leo
onum · exstinxerunt impetum ignis · effu
gierunt aciem gladii · conualuerunt de
infirmitate · fortes facti sunt in bello · castra
uerterunt exterorum · Acceperunt mu

lieres de resurrectione · mortuos suos·
Alii autem distenti sunt · non suscipientes
redemptionem · ut meliorem inuenirent
resurrectionem· Alii uero ludibria et
uerbera experti · Insuper & uincula & car
ceres· Lapidati sunt · Secti sunt · Tempta
ti sunt · In occisione gladii mortui sunt·
Circuierunt In melotis · In pellibus capri
nis· Egentes · angustiati · afflicti · quibus
dignus non erat mundus· In solitudinib;
errantes · & montibus & speluncis · & In ca
uernis terrae· Et hi omnes testimonio fi
dei probati inuenti sunt · In xp̄o ihū · domi
no nostro· ITEM ALIA·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE·

QUI TIMENT DN̄M NON ERUNT
Incredibiles uerbo illius · & qui
diligunt eum · conseruabunt uiam
illius· Qui timent dominum · Inqui

rent que beneplacita sunt illi · & qui dili
gunt eum · replebuntur lege ipsius · Qui ti
ment dnm praeparabunt corda sua · & in
conspectu illius scificabunt animas suas ·
Qui timent dominum custodiunt manda
ta illius · & patientiam habebunt · usque
ad inspectionem illius ·

IN NATALE VIRGINU̅ ·
LECT̅ LIBRI SAPIENTIȨ ·

CONFITEBOR
TIBI DN̅E REX · ET COL
laudabo te deum saluato
rem meum · Confitebor nomini tuo ma
gno · quoniam adiutor & protector factus
es mihi · & liberasti corpus meum a perditi
one · A laqueo linguae iniquae · & a labi
is operantium mendatium · Et in conspe
ctu astantium factus es mihi adiutor · &
liberasti me secundum multitudinem

misericordiae nominis tui. A rugientibus
praeparatis ad aescam. de manibus quae
rentium animam meam. & de portis tri
bulationum. quae circumdederunt me.
A praessura flammae quae circumdedit
me. & in medio ignis non sum aestuata.
De altitudine uentris inferi. & a lingua co
inquinata. & a uerbo mendacii. A rege in
iquo. & lingua iniusta. Laudabit usque
ad mortem anima mea dominum. & uita
mea appropinquans erat in infernum de
orsum. Circumdederunt me undique. &
non erat qui adiuuaret. Respiciens eram
ad adiutorium meum. & non erat. Me
morata sum misericordiae tuae domine.
& cooperationis tuae quae a saeculo sunt.
Quoniam eruis sustinentes te. & liberas
eos de manu odientium. dne ds nr.

ITEM ALIA UNDE SUPRA.

LECTIO LIB SAPIENTIAE.

DNE DS MEUS EXALTASTI super terram habitationem meā· & pro morte defluenti deprecata sū· Jnuocaui dnm patrem domini mei· ut non derelinquat me in die tribulationis meae. & in tempore superborum· sine adiutorio· Laudabo nomen tuum assidue· & collaudabo illud in confessione· & exaudita est oratio mea· Liberasti me a perditione· & eripuisti me de tempore iniquo· Propter ea confitebor· & laudem dicam nomini tuo· domine ds nr·

LECTIO LIBRI SAPIENTIE

SAPIENTIA LAUDABIT ANIMAM suam· & in domino honorabitur· & in medio populi sui gloriabitur· & in aecclesiis altissimi aperiet os suum· & in conspectu uirtutis illius gloriabitur· Jn medio

populi exaltabitur · & In plenitudine scā
admirabitur · In multitudine electorum
habebit laudem · & In ter benedictos be
nedicetur · dicens · Ego ex ore altissimi
prodiui · primogenita ante omnem crea
turam · Ego quasi libanus non incisus ua
poraui habitationem meam · & quasi bal
samum non mixtum · odor meus · Et qua
si terebintus extendi ramos meos · & rami
mei · honoris & gratiae ·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

SAPIENTIA · UINCIT MALITIAM ·
Attingit ergo a fine usque ad finem
fortiter · & disponit omnia suauiter ·
Hanc amaui & exquisiui a iuuentute mea ·
& quaesiui sponsam mihi assumere · & a
mator factus sum formae illius · Gene
rositatem illius glorificat · contuberniū
habens dei · Sed & omnium dn̄s · dilexit

illam· Doctrix est enim· disciplinae dei·

LECTIO AD CORINTH· FRS·

DE UIRGINIBUS PRACIPTUM DNI
non habeo· consilium autem do· tam
quam misericordiam consecutus a dō· ut
sim fidelis· Existimo ergo hoc bonum esse·
propter praesentem necessitatem· quoniā
bonum est homini sic esse· Alligatus es uxo
ri· noli quaerere solutionem· Solutus es ab
uxore· ne quaesieris uxorem· Si autem ac
ceperis uxorem· non peccasti· Et si nupse
rit uirgo· non peccabit· Tribulationem
tamen carnis· habebunt huiusmodi· Ego
autem uobis parco· Hoc itaque dico fra
tres· tempus breue est· Reliquum est· ut
etiam qui habent uxores· tamquam non
habentes sint· Et qui flent· tamquam n̄
flentes· Et qui gaudent· tamquam non
gaudentes· Et qui emunt· tamquam non

possidentes. Et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur. Praeterit enim figura huius mundi. Uolo uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est. cogitat quae domini sunt. quomodo placeat dō.

Qui autem matrimonium contraxit. cogitat quae sunt huius mundi. quomodo placeat uxori. & diuisus est. Mulier innupta & virgo. cogitat quae sunt domini. Ut sit sancta & corpore & spiritu. In xp̄o ih̄u. d̄no n̄ro. *Item alia.*

Lectio ad Timotheum. Karissime.

DNS ASSTITIT MIHI. ET CONFORtauit me. Ut per me praedicatio adimpleatur. Et audiant omnes gentes. & liberata sum de ore leonis. Liberauit me dn̄s ab omni opere malo. & saluum faciet in regno suo caelesti. Ipsi gloria. In saecula saeculorum. AMEN. *Item alia.*

LECTIO AD CORINTH. FRS.

QUI GLORIATUR IN DNO GLORIETUR. Non enim qui se ipsum comendat ille probatus est. sed quem ds commendat. Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae. sed et subportate me. Emulor enim uos. di emulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginem castam. exhibere xpo. ITEM ALIA

LECT. AD CORINTHIOS. FRS.

MULIER IUNCTA EST LEGI. quamdiu uir eius uiuit. Quod si mortuus fuerit eius. liberata est a lege uiri. cui uult nubat. tantum in dno. Beatior autem erit si sic permanserit. secundum meum consilium. puto ergo quod et ego consilium di habeo. Per ihm xpm. dominum nostrum. UNDE SUPRA.

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

GRATIA MULIERIS SEDULAE·
delectabit uirum suum· & ossa illius
inpinguabit· Disciplina illius· datus dī·
Mulier sensata & tacita· non est immuta
tio eruditae animae· Gratia super gra
tiam· mulier sancta & pudorata· Omīs
autem ponderatio· non est digna conti
nentis animae· Sicut sol oriens mun
do in altissimis dī· sic mulieris bonae
species· in ornamentis domus eius·

IN DEDICATIONE ECCLĒ· ILLIS:
LEC LIBRI REGŪ IN DIEBUS



CONUERTIT REX SALOMON FACIEM
suam· & benedixit omni aec
clesiae israhel· Omnis enim aecclesia isra
hel stabat· & ait· Benedictus dn̄s ds̄ is
rahel· qui locutus est ore suo ad dauid pa
trem meum· & in manibus eius perfecit

dicens · A die qua eduxi populum meum
de aegypto · non elegi ciuitatem de uniuer
sis tribubus israhel · ut aedificaretur do
mus · & esset nomen meum ibi · Sed elegi
dauid · ut esset super populum meum is
rahel · Uoluitque dauid pater meus ae
dificare domum · nomini domini dei isra
hel · Et ait dominus ad dauid patrem me
um · quod cogitasti in corde tuo · aedifica
re domum nomini meo · bene fecisti · hoc
ipsum mente pertractans · Uerumtamen
tu non aedificabis domum · sed filius tu
us qui egredietur de renibus tuis · ipse ae
dificabit domum nomini meo · Confir
mauit dominus sermonem quem locutus
est · Stetique pro dauid patre meo · & se
di super thronum israhel · sicut locutus est
dominus · & aedificaui domum nomini do
mini dī israhel · Et constitui ibi locum ar

cae· In qua foedus est dni· quod percussit
cum patribus nostris· quando egressi sunt
de terra aegypti· Stetit autem salomon
ante altare dni· In conspectu aecclesiae is
rahel· Et expandit manus suas in caelum
& ait· Dne ds israhel· non est similis tui ds
in caelo desuper· & terra deorsum· Qui cu
stodis pactum & misericordiam seruis tu
is· qui ambulant coram te in toto corde
suo· Qui custodis seruo tuo dauid patri me
o· quae locutus es ei· Ore locutus es· & ma
nibus perfecisti· ut haec dies probat·
Nunc igitur dne ds israhel· conserua famu
lo tuo dauid patri meo· quae locutus es
ei dicens· Non auferetur de te uir coram
me· qui sedeat super thronum meum isra
hel· Ita tamen· si custodierint filii tui uiā
suam· ut ambulent coram me· sicut ambu
lasti in conspectu meo· Et nunc dne ds is

rahel · firmentur uerba tua · quae locutus
es seruo tuo dauid patri meo · Ergone pu
tandum est quod uere ds habitet in ter
ra · Si enim caelum & caeli caelorum te
capere non possunt · quanto magis domus
haec quam aedificaui · Sed respice ad ora
tionem serui tui · & preces eius · Dne ds
meus · audi ymnum & orationem quam
seruus tuus orat coram te hodie · ut sint
oculi tui aperti super domum hanc · no
cte & die · Super domum de qua dixi
sti · erit nomen meum ibi · Ut exaudias
orationem quam orat seruus tuus In lo
co isto · Ut exaudias deprecationem ser
ui tui · & populi tui israhel · quodcumque
orauerint in loco isto · & exaudias in lo
co habitaculi tui in caelo · & cum exau
dieris · propitius eris · Si peccauerit ho
mo In proximum suum · & habuerit ali

quod iuramentum quo teneatur astrictus.
& uenerit propter iuramentum coram
altari tuo in domum tuam· tu exaudias
in caelo· & facies· & iudicabis seruos tuos.
Condemnans impium· & reddens uiam
suam super caput eius· iustificansque iu
stum· & retribuens ei· secundum iustitiā
suam· Si fugerit populus tuus israhel
inimicos suos· quia peccaturus est tibi· &
agens poenitentiam· & confitens nomini
tuo· Venerint & adorauerint· & depreca
ti fuerint te in domo hac· exaudi in caelo·
& dimitte peccatum populi tui israhel· &
reduces in terram quam dedisti patribus
eorum· Si clausum fuerit caelum & non
pluerit propter peccata eorum· & oran
tes in loco isto poenitentiam egerint no
mini tuo· & a peccatis suis conuersi fuerint
propter afflictionem suam· exaudi eos in

caelo · & dimittit peccata seruorum tu
orum · & populi tui israhel · Et ostende
eis uiam bonam per quam ambulent ·
& da pluuiam super terram tuam · quā
dedisti populo tuo in possessionem · Fa
mes si oborta fuerit in terra · aut pesti
lentia · aut corruptus aer · aut erugo · aut
locusta · aut rubigo · & afflixerit eum · Ini
micus · eius portas obsidens · omnis plaga ·
uniuersa infirmitas · cuncta deuotatio &
imprecatio quae acciderit omni homini
de populo tuo israhel · si quis cognouerit
plagam cordis sui · & expanderit manus
suas in domo hac · tu exaudias in caelo · in lo
co habitationis tuae · & repropitiaberis · &
facies · ut des unicuique secundum omnes
uias suas · sicut uideris cor eius · quia tu
solus nosti · cor omnium filiorum hominū ·
Et timeant te cunctis diebus · quibus ui

uiunt super faciem terrae · quam dedisti pa
tribus eorum · Insuper & aligenigena qui
non est de populo tuo israhel · cum uenerit
de terra longinqua propter nomen tuum ·
audient enim nomen tuum magnum · &
manum tuam fortem · & brachium tuum
extentum ubique · Cum uenerit ergo & o
rauerit in loco hoc · tu exaudies in caelo ·
firmamento habitaculi tui · & facies omni
a · pro quibus inuocauerit te aligenige
na · & discant uniuersi populi terrarum ·
nomen tuum timere · sicut populus tuus
israhel · & probent quia nomen tuum in
uocatum est super domum hanc quam ae
dificaui · Si egressus fuerit populus tu
uus ad bellum contra inimicos suos · per
uiam quamcumque miseris eos · orabunt
te contra uiam ciuitatis quam elegisti · &
contra domum quam aedificaui nomini

tuo· exaudies in cęlo orationem eorum· &
facies iudicium eorum· Quod si peccaue
rint tibi· non enim est homo qui non peccet·
& iratus tradideris eos inimicis suis· & capti
ui ducti fuerint in terram inimicorum·
longe uel prope· & egerint poenitentiam
in corde suo in loco captiuitatis· & conuer
si deprecati te fuerint in captiuitate sua· di
centes· peccauimus· inique egimus· impie
gessimus· & reuersi fuerint ad te in uniuer
so corde suo· & tota anima sua· in terra ini
micorum suorum· ad quam captiui ducti
sunt· & adorauerint te contra uiam terrae
suae quam dedisti patribus eorum· & ciui
tatis quam elegisti· & templum quod aedifi
caui nomini tuo· exaudias in caelo in firma
mento solii tui orationem eorum· & propi
tiaberis populo tuo qui peccauit tibi· &
omnibus iniquitatibus eorum quibus prae

uaricati sunt in te. & dabis misericordiam co
ram eis qui eos captiuos habuerint. Ut mise
reantur eis. Populus enim tuus est & here
ditas tua. quos eduxisti de terra aegypti.
de medio fornacis ferreae. Ut sint oculi tui
aperti ad deprecationem serui tui. & popu
li tui israhel. & exaudias in uniuersis. pro qui
bus inuocauerint te. Tu enim separasti eos
tibi in hereditatem de uniuersis populis
terrae. sicut locutus es per moysen seruum
tuum. quando eduxisti patres nostros de
terra aegypti. dn̄e ds̄ nr̄. ITEM ALIA

LECTIO LIBRI APOCALY
PSIS IOH̄ APL̄I. IN DIEB. ILLIS

VIDI CIVITATEM SAN
ctam hierusalem. nouam de
scendentem de caelo a d̄o paratam. sicut
sponsam ornatam uiro suo. Et audiui uo
cem magnam de throno dicentem. Ecce

tabernaculum di cum hominibus · & habita
bit cum eis · Et ipsi populus eius erunt · & i
pse ds cum eis · erit eorum ds · Et absterget
ds omnem lacrimam · ab oculis eorum · &
mors ultra non erit · neque luctus · neque
clamor · neque dolor · erit ultra : quae prima
abierunt · Et dixit qui sedebat in throno ·
Ecce noua · facio omnia · ITEM UNDE SUP ·
LECTIO EPIST · BEATI PAULI
APLI · AD CORINTHIOS · FRS
UNUSQUISQUE PROPRIAM MER
cedem accipiet · secundum suum laborem ·
Di enim sumus adiutores · di agricultura estis ·
di aedificatio estis · Secundum gratiam
quae data est mihi · ut sapiens architectus
fundamentum posui · Alius autem super
aedificat · unusquisque autem uideat · quo
modo superaedificet · Fundamentum eni
aliud nemo potest ponere praeter id quod

positum est · quod est xp̄c ih̄c · Siquis autem
aedificat supra fundamentum hoc · aurum ·
argentum · lapides pretiosos · ligna · foenum ·
stipulam · uniuscuiusque opus manifestum
erit · Dies enim dn̄i declarabit · quia in igne
reuelabitur · Et uniuscuiusque opus qua
le sit · ignis probabit · Si cuius opus manse
rit quod superaedificauit · mercedem acci
piet · Si cuius opus arserit · detrimentum pa
tietur · Ipse autem saluus erit · sic tamen · qua
si per ignem · ITEM ALIA · T ME

LEC̄ · LIB̄ · APOCALYP̄ · IOH̄ · APTI · IN DIEB

VENIT ANGELUS · ET LOCUTUS
est mecum dicens · Ueni ostendā
tibi sponsam · uxorem agni · Et sus
tulit me in spiritu in montem magnum & al
tum · & ostendit mihi ciuitatem sanctam hie
rusalem descendentem de caelo · habentem
claritatem dī · Lumen eius simile lapidi

pretioso · tamquam lapidis iaspidis · sicut
cristallum · Et habebat murum magnum
& altum · habens portas duodecim · & in por
tis angulos duodecim · & nomina scripta ·
quae sunt nomina duodecim tribuum fili
orum israhel · Ab oriente portę tres · Ab a
quilone portae tres · Ab austro portae tres ·
Ab occasu portae tres · Et murus ciuitatis
habens fundamenta duodecim · & in ipsis du
odecim nomina apostolorum · & agni · Et
qui loquebatur mecum · habebat mensuram
harundineam auream · ut metiretur ciuita
tem · & portas eius & murum · Et ciuitas
in quadro posita est · Et longitudo eius tan
ta est · quanta & latitudo · Et mensus est
ciuitatem de harundine · per stadia xii mi
lia · Longitudo & altitudo · & latitudo eius ·
aequalia sunt · Et mensus est muros eius
centum quadraginta quattuor cubitorum ·

mensura hominis· quae est angeli· Et erat
structura muri eius· ex lapide iaspide· Ipsa
uero ciuitas aurum mundum· simile uitro
mundo· Fundamenta muri ciuitatis omī
lapide pretioso ornata· Fundamentum
primum iaspis· secundum saphyrus· terti
um calcedonius· quartum smaragdus·
quintum sardonix· sextum sardius· septi
mum chrisolitus· octauum berillus· nonū
topazius· decimum chrisoprasus· undecimū
iacinethus· duodecimum ametistus· Et du
odecim portae· duodecim margaritae
sunt per singulas· & singulae portę· erant
ex singulis margaritis· Et platea ciuita
tis aurum mundum· tamquam uitrum
per lucidum· Et templum non uidi in
ea· Dn̄s enim d̄s omnipotens· templum
illius est· & agnus· Et ciuitas non eget
sole neque luna· ut luceant in ea· Nam

claritas di illuminabit eam · & lucerna eius
est agnus · Et ambulabunt gentes per lu
men eius · & reges terrae afferent gloriam
suam · & honorem in illam · Et portae eius
non claudentur per diem · nox enim non
erit illic · Et afferent gloriam & honore
gentium in illam · Nec intrabit in eam aliquid
coinquinatum · & faciens abhominationem ·
& mendacium · Nisi qui scripti sunt · In libro
uitae & agni ·

IN ORDINATIONE DIACONI
LECT · AD TIMOTHEU · K ·

DIACONOS CONSTITUE PUDI
cos · non bilingues · non multum ui
no deditos · non turpe lucrum sectantes · ha
bentes mysterium fidei · In conscientia pura ·
Et hi autem probentur primum · & sic mini
strent · nullum crimen habentes · Mulie
res similiter pudicas · non detrahentes · sobri

as· fideles In omnibus· Diacones sint unius uxo
ris uiri· qui filiis suis bene praesint· & suis do
mibus· Qui enim bene ministrauerint· gra
dum bonum sibi acquirent· & multam fidu
ciam In fide· Quae est in xp̄o ih̄u· dn̄o nr̄o·

IN ORDINATIONI PRISBITIRI·
LICTIO AD TITUM R̃ME·

PAULUS SERUUS DĪ· APTUS AUTĒ
IHŪ XPĪ· secundum fidem electorum
dī· & agnitionem ueritatis· quae secundum
pietatem est In spem uitae aeternae· quam
ꝓmisit qui non mentitur ds̄· ante tempora
saecularia· Manifestauit autem temporib;
suis uerbum suum· In praedicatione quae
credita est mihi· secd̄m p̨ceptū saluatoris nr̄i
dī· Tito filio dilecto secundum communem
fidem· gratia & pax a dō patre· & xp̄o ihū
saluatore nr̄o· Huius rei gratia reliqui
te crete· ut ea quae desunt corrigas· &

constituas per ciuitates presbiteros · sicut ego tibi disposui · siquis sine crimine est · unius uxoris uir · fideles habens filios · non in accusatione luxuriae · aut non subditos · ut potens sit exhortare in doctrina sana · Per ihm xpm · dnm nrm · ITEM ALIA ·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE ·

Optaui & datus e mihi sensus · RQ In exaltat · s · crucis ·

IN ORDINATIONE EPISCOPI ·

LECTIO AD TITUM · KME ·

OPORTET EPM SINE CRIMINE esse · sicut dei dispensatorem · Non superbum · non iracundum · non uinolentu · non percussorem · non turpis lucri cupidu · Sed hospitalem · benignum · sobrium · iustum · sanctum · continentem · amplectentem eu qui secundum doctrinam est · fidelem sermonem · Ut potens sit exhortare in doctrina sana · & eos qui contradicunt arguere ·

Sunt enim multi inoboedientes· vanilo
qui· & seductores· maxime qui de circum
cisione sunt· Quos oportet redargui· qui
uniuersas domos subuertunt· docentes
quae non oportet· turpis lucri gratia·
Dixit quidam ex illis proprius eorum prophe
ta· Cretenses semper mendaces· male be
stiae· uentris pigri· Testimonium hoc· ue
rum est· Quam ob causam increpa illos du
re· ut sint sani in fide· non intendentes iudai
cis fabulis· & mendatiis hominum· aduersan
tium se a ueritate· Omnia munda mundis·
Coinquinatis autem & infidelibus· nihil est
mundum· Sed inquinatae sunt eorum &
mens· & conscientia· Confitentur se nosse
dm̄· factis autem negant· cum sint abho
minati· & incredibiles· & ad omne opus bo
num reprobi· Tu autem loquere quae
decet sanam doctrinam· senes ut sobrii sint·

pudici · prudentes · sani in fide · dilectione · pa
tientia · Anus similiter in habitu sco · non cri
minatrices · non multo uino deditas · bene
docentes · ut prudentiam doceant · Adole
scentulas ut uiros suos ament · filios suos di
ligant · prudentes · sobrias · castas · domus cu
ram habentes · benignas · subditas uiris suis ·
ut non blasphemetur uerbum di · Iuuenes
similiter hortare · ut sobrii sint · In omni
bus praebe temetipsum exemplum bonorū
operum · In doctrina · In integritate · In ca
stitate · In grauitate uerbum sanum & inre
praehensibile · ut is qui ex aduerso est re
uereatur · nihil habens malum de nobis
dicere · Seruos dominis suis subditos esse ·
In omnibus placentes · non contradicentes ·
non fraudantes · sed in omnibus fidem bo
nam ostendentes · Hoc enim bonum est
& acceptum coram do · saluatore nro ·

ITEM ALIA UNDE SUPRA.

LECTIO AD TIMOTHEUM. R[OM]E

FIDELIS SERMO. SIQUIS EPISCOPA
tum desiderat. bonum opus desiderat.
Oportet ergo episcopum inreprehensibi
lem esse. unius uxoris uirum. Sobrium.
prudentem. pudicum. ornatum. hospita
lem. doctorem. non uinolentum. non per
cussorem. sed modestum. non litigiosum.
non cupidum. suae domui bene praeposi
tum. Filios habentem subditos. cum omni
castitate. Siquis autem domui suae praees
se nescit. quomodo ecclesiae dei diligen
tiam habebit. Non neophitum. ne insu
perbiam elatus. in iudicium incidat dia
boli. Oportet autem illum et testimoniu[m]
habere bonum ab his qui foris sunt. ut do
ctrinam dei n[ost]ri. ornet in omnibus.

ITEM ALIA LECTIO.

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE·

DOMINE PATER ET DOMINATOR UITĘ
meae· ne derelinquas me· nec sinas
me cadere In exprobrationem inimici mei·
Qui superponit in cogitatu meo flagella·
& In corde meo doctrinam insipientiae· ut
nec crescant ignorantiae meae· & multi
plicentur delicta mea· & peccata mea
habundent· Et cadam in conspectu ad
uersariorum· Et gaudet inimicus meus· IT

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE·

Dn̄s mihi astitit· R̄Q In nāt· s· virginum·

IN IEIUNIO DE NĀT· PAPAE·

LECT̄· LIB̄· TOBIAE IN DIEB· ILLIS·

BENEDICENS TOBIAS FILIO
suo ait· Reaedificet dn̄s d̄s tempo
ribus tuis tabernaculum suum· & reuocet
ad te omnes captiuos· & gaudeas in omnia
saecula saeculorum· Luce splendida ful

gebis· & omnes fines terrae· adorabunt te·
Nationes ex longinquo ad te uenient· & mu
nera deferentes· & adorabunt dn̄m in te·
& terram tuam in scīficatione habebunt·
Nomen magnum inuocabunt in te· Male
dicti erunt qui contempserint te· & con
demnati erunt· qui blasphemauerint te·
Tu autem laetaberis in filiis tuis· quoniam
omnes benedicentur· & congregabuntur
ad te· Beati omnes qui diligunt te· & qui
gaudent super pace tua· Anima mea be
nedic dn̄m· quoniam liberabit ciuitatem
istam a cunctis tribulationib; eius· dn̄s d̄s n̄r·

ITĒ ALIA· LECTIO LIBRI DEUTE
RONOMII· IN DIEB; ILLIS·

PRONUNTIABUNT LEUITAE
ad uniuersum israhel· excelsa uoce
dicentes· Faciet te dn̄s tuus excelsiorē
cunctis gentibus· quae uersantur in terr.

ra· Venientque super te universae bene
dictiones istę· & apprachendent te· Bene
dictus tu in ciuitate· & benedictus in agro·
benedictus fructus uentris tui· & fructus
terrae tuae· fructusque lumentorum tuo
rum· & caulae ouium tuarum· Benedicta
horrea tua· & benedictae reliquiae tuae·
Benedictus eris ingrediens· & egrediens·
Dabit dn̄s inimicos tuos qui consurgunt
aduersum te· corruentes in conspectu tuo·
Emittet dn̄s benedictionem· super omnia
opera manuum tuarum· Suscitabit te si
bi dn̄s in sacerdotem magnum· sicut iura
uit tibi· Videbuntque omnes terrarū
populi· quod nomen dn̄i· inuocatum sit
super te· IN ADUENTU EPISCOPI·
LECT· LIB REGUM· HEC DICIT DNS·
EGO TULI TE· UT ESSES DUX
super populum meum israhel· Et

fui tecum in omnibus ubicumque ambula
sti · & interfeci uniuersos inimicos tuos a fa
cie tua · fecique tibi nomen grande · iuxta
nomen magnorum qui sunt in terra ·
Et ponam locum populo meo israhel · & plan
tabo eum · & habitabit sub eo · & non tur
babitur amplius · Nec addent filii iniqui
tatis ut affligant eum sicut prius · ex die
qua constituisti iudices super populum
meum israhel · Et requiem dabo tibi
ab omnibus inimicis tuis · & thronus tu
us · erit firmus iugiter · Dicit dns · omps ·
ITEM ALIA · LECTIO ACTUUM ·
APOSTOLORUM · IN DIEBUS ILL ·
CUM UENISSET PAULUS EPHE
sum · uocauit maiores natu ecclę
się · qui cum uenissent ad eum · & simul
essent dixit · Attendite uobis & uniuer
so gregi · In quo uos sps scs posuit episco

pos regere aecclesiam di· quam acquisiuit
sanguine suo· Ego scio quoniam intrabunt
post discessionem meam lupi graues in uos·
non parcentes gregi· Et ex uobis ipsis ex
surgent uiri loquentes peruersa· ut abdu
cant discipulos post se· Propter quod uigi
late· memoria retinentes· quoniam per tri
ennium nocte ac die non cessaui· cum lacri
mis monens unumquemque urm̄· Et nc̄
commendo uos dō· & uerbo gratiae ipsi
us· qui potens est aedificare· & dare hae
reditatem· In scificatis omnibus· Argentū
aut aurum· aut uestem nullius concupiui·
ipsi scitis· Quoniam ad ea quae mihi opus
erant· & his qui mecum sunt· ministraue
runt manus istę· Omnia ostendi uobis·
quoniam sic laborantes oportet suscipe
re infirmos· ac meminisse uerbi dn̄i ihu̅·
quoniam ipse dixit· Beatius est magis da

re · quam accipere · ITEM ALIA ·

LECTIO AD TIMOTHEU̅. K̅ MDE̅ ·

IUUENILIA DESIDERIA FUGE · SECTA
re uero iustitiam · fidem · caritatem · Pace̅ ·
cum his qui inuocant d̅n̅m̅ de corde pu
ro · Stultas autem & sine disciplina que
stiones deuita · sciens quia generant li
tes · Seruum autem d̅n̅i non oportet li
tigare · sed mansuetum esse ad omnes ·
Docibilem · patientem · cum modestia corri
pientem · eos qui resistunt ueritati · Ne
quando det illis d̅s̅ poenitentiam · ad co
gnoscendam ueritatem · & resipiscant
a diaboli laqueis · a quo capti tenentur
ad ipsius uoluntatem · Hoc autem scito
te · quod in nouissimis diebus instabunt
tempora periculosa · & erunt homines se
ipsos amantes · Cupidi · elati · superbi ·
blasphemi · parentibus non oboedientes ·

Ingrati · scelesti · sine affectione · sine pace · cri
minatores · Incontinentes · Immites · sine be
nignitate · proditores · proterui · tumidi ·
voluptatum amatores · magis quam dī ·
Habentes speciem quidem pietatis · uirtu
tem autem eius abnegantes · & hos deuita ·
Ex his enim sunt qui penetrant domos · &
captiuas ducunt mulierculas · oneratas
peccatis · quae ducuntur uariis desideriis ·
discentes · & numquam ad scientiam uerita
tis · peruenientes ·

IN LETANIA TEMPORE BELLI ·
LECTIO ISAIAE PROPHETAE ·

IN DIEBUS ILLIS · CUM AUDISSET
ezechias rex uerba rapsacis quem misit
rex assyriorum ad blasphemandum dm̄
uiuentem · scidit uestimenta sua · & Inuo
lutus est sacco · & intrauit in domum do
mini · Et misit seniores de sacerdotibus

opertos sacco ad esaiam prophetam · &
dixit ad eum · Haec dicit ezechias · Dies
tribulationis & correptionis dies haec ·
quia uenerunt filii usque ad partum ·
& uirtus non est pariendi · Siquomodo
audiat dns ds tuus uerba regis assyriorum ·
qui blasphemauit deum uiuentem · & ex
probrauit eum · Leua ergo orationem ·
pro reliquiis quae remanserunt · Et uene
runt serui regis ezechiae · ad esaiam · Et
dixit ad eos esaias propheta · Haec dice
tis domino uro · Haec dicit dns · Ne time
as a facie uerborum quae audisti · quibus
blasphemauerunt pueri regis assyriorum
me · Ecce ego dabo ei spm · & audiet
nuncium · & reuertetur in terram suam ·
& corruere eum faciam gladio in terra
sua · Quia ego sum dns ds · faciens mirabi
lia · ITEM ALIA UNDE SUPRA ·

LEC · ISAIAE PPH · IN DIEB; ILLIS ·

ORAUIT EZECHIAS AD DNM · dicens · Dne ds exercituum · ds israhel · qui sedes super cherubim · tu es ds solus · omnium regnorum terrae · tu fecisti caelum & terram · Inclina dne aurem tuam & audi · aperi oculos tuos & uide · & audi omnia uerba rapsacis · quem misit rex sennacherib · ad blasphemandum dm uiuentem · Uere enim dne desertas fecerunt reges assyriorum terras · & regiones earum · & dederunt deos earum igni ·

Non enim erant dii · sed opera manuum hominum · ligna & lapides · & comminuerunt eos · Et nunc dne ds nr libera nos de manu eius · ut cognoscant omnia regna terrae · quia tu es dns ds solus · Et misit esaias propheta filius amos · ad ezechiam · dicens · Haec dicit dns ds isra

bel · Pro quibus rogasti me de sennache
rib rege assyriorum · hoc est uerbum quod
locutus est dominus super eum · Non introi
bit ciuitatem hanc · & non iaciet ibi sagit
tam · & non occupabit eam clipeus · & non
mittet in circuitu eius aggerem · In
qua uenit · per eam reuertetur · & ciui
tatem hanc non ingredietur · dicit dominus ·
Et protegam ciuitatem istam · ut saluem
eam propter me · & propter dauid seruum
meum · Dicit dominus · omnipotens ·

IN DIE BELLI ·
LECT · HIEREMIAE PROPH · IN DIEB; ILL ·

FACTUM EST UERBUM DOMINI
ad hieremiam · Uocauitque iohan
nan filium careae · & omnes principes bel
latorum qui erant cum eo · & uniuersum
populum · a minimo usque ad maximum ·
& dixit ad eos · Haec dicit dominus · deus ista

hel · ad quem misistis me · ut p̄sternerem
preces ur̄as in conspectu eius · Si quiescen
tes manseritis in terra hac · aedificabo uos ·
& non destruam · plantabo · & non euellam ·
Jam enim placatus sum super malo · quod
feci uobis · Nolite metuere a facie regis
babilonis · quem uos pauidi formidatis ·
Nolite eum metuere dicit dn̄s · quia uobis
cum sum ego · ut saluos faciam uos · & eru
am uos de manu eius · Et dabo uobis mi
sericordias · & miserebor ur̄i · & habitare
uos faciam in terra ur̄a · Ait dn̄s · omps. R.

LECTIO HIEREMIAE PROPHETAE.

IN DIEBUS ILLIS · LOCUTUS EST
hieremias dicens · Misericordiae dn̄i
multae · quia non sumus consumpti · quia
non defecerunt miserationes eius · Pars
mea dn̄s dixit anima mea; p̄pterea exspe
ctabo eum · Bonus est dn̄s sperantibus in

eum · animae quaerenti illum · Bonum est
praestolari cum silentio salutare dni · quia
non repellet in sempiternum dns · sed mise
rebitur secundum multitudinem miseri
cordiarum suarum · Scrutemur uias nras ·
& quaeramus · & reuertamur ad dnm · Le
uemus corda cum manibus · ad dm in cae
lum · Ne auertas dne aurem tuam a singul
tu meo · & clamoribus · Appropinquasti in
die · quando inuocaui te : dixisti · ne time
as · Quia ego sum dns · ds tuus ·

IN STERILITATE PLUUIAE ·
LECTIO HIEREMIAE PPHETAE ·
HAEC DICIT DNS DS ·
Numquid piciens abiecisti iudam ·
aut sion abhominata est anima tua · Qua
re ergo percussisti nos · ita ut nulla sit sa
nitas · Exspectauimus pacem · & non est
bonum · & tempus curationis · & ecce tur

batio. Cognouimus dne iniquitates nras.
& impietatem patrum nostrorum. quia
peccauimus tibi. Ne nos des in obprobriu
propter nomen tuum. neque facias nobis
contumelium. Soli gloriae tuae recorda
re. ne irritum facias foedus tuum nobiscu.
Numquid sunt in sculptilibus gentium qui
pluant? Aut caeli possunt dare imbres?
Nonne tu es dne ds nr quem exspectauimus?
Tu enim fecisti omnia haec dne ds nr. Fiat
LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.
Maledictus homo qui confidit in homine. RQ
Infra xl. fer. v. In ebdomada scda. ITEM ALIA
LECTIO HIEREMIAE PPHETAE.
IN DIEBUS ILLIS. LOCUTUS EST
hieremias dicens. Consurge. lauda in no
cte. in principio uigiliarum. effunde sicut
aquam cor tuum. ante conspectum dni.
Leua ad eum manus tuas pro animabus par

uulorum tuorum · quia defecerunt in fame.
In capite omnium competorum · Uide
dne & considera · quem uindemiaueris
ita · Ergone comedent mulieres fructum
suum · paruulos ad mensuram · Lapsa est
In lacum uita mea · & posuerunt lapidē
super me · Inundauerunt aquae super
caput meum · dixi · perii · Inuocabo nom̄
tuum dne · de lacis nouissimis · Uocem
meam audisti · ne auertas aurem tuam a
singultu meo · & clamoribus · Appropin
quasti in die quando inuocaui te · dixi
sti · ne timeas · Iudicasti causam animae
meae · Redemptor uitae meae · domine
ds meus · IN ADUENTU IUDICUM ·
LECTIO AD TIMOTHEU · KME
Obsecro primum omnium fieri obsecrationes ·
RQ Ebdomada V · fer · IIII · post oct pentecoste ·
LECTIO EP · B · P · A · AD HEBREOS · FRS ·

AD QUEM ANGELORUM DIXIT
aliquando · Sede a dextris meis · quo
adusque ponam inimicos tuos ·
scabellum pedum tuorum. Nonne qui
hereditatem capient salutis · Propter
ea habundantius oportet obseruare nos ·
ea quae audiuimus · ne forte per effluamus ·
Si enim qui per angelos dictus est sermo fa
ctus est firmus · & omnis praeuaricatio &
inoboedientia accepit iuxta mercedes re
tributionum · quomodo nos effugimus · si
tantam neglexerimus salutem. Quem cũ
initium accepisse enarrare per dnm ab eis
qui audierunt · In nos confirmata est · con
testante dō signis & portentis · & uariis uir
tutibus · & sp̄s sc̄i distributionibus · secun
dum suam uoluntatem ·

CONTRA IUDICES MALE AGENTES ·
LECT̄ ISAIAE PROPHIT̄ · HAEC DIC̄ DNS ·

VAE QUI CONIUNGITIS DOMUM
ad domum · & agrum agro copulatis ·
usque ad terminum loci · Numquid ha
bitabitis soli uos in medio terrae ·ʳ· In auri
bus meis sunt haec · dicit dns̄ exercituum ·
Nisi domus multae desertae fuerint · gran
des & pulchrae · absque habitatore · De
cem enim iugera uinearum · facient lagun
culam unam · & triginta modii sementis ·
facient modios tres · Uae qui consurgitis
mane ad ebrietatem sectandam · & potan
dum usque ad uesperum · ut uino aestue
tis · Cythara & lyra · & timpanum · & tibia
& uinum In conuiuiis uris̄ · & opus dn̄i · n̄
respicitis · nec opera manuum eius conside
ratis · Propterea captiuus ductus est po
pulus meus · quia non habuit scientiam ·
& nobiles eius interierunt fame · & multi
tudo eius siti exaruit · Propterea dilata

uit inferus animam suam · & apperuit os su
um · absque ullo termino · Et descendent
fortes eius & populus eius · & sublimes glorio
sique eius ad eum · & incuruabitur homo · &
humiliabitur uir · & oculi sublimium depri
mentur · Et exaltabitur dns exercituum in
iudicio · & scs ds scificabitur in iustitia · Et
pascentur agni iuxta ordinem suum · & deser
ta in ubertatem uersa · aduenę comedent ·
Uae qui protrahitis iniquitatem in funiculis
uanitatis · & quasi uinculum plaustri pecca
tum · Qui dicitis · festinet · & cito ueniat opus
eius · Ut uideamus · Et appropiet & ueniat
consilium sci israhel · & sciemus illud · Uae
qui dicitis malum bonum · & bonum malū ·
Ponentes tenebras lucem · & lucem tenebras ·
Ponentes amarum in dulce · & dulce in ama
rum · Uae qui sapientes estis in oculis uris ·
& coram uobismetipsis prudentes · Uae

qui potentes estis ad bibendum uinum · &
uiri fortes · ad miscendam ebrietatem ·
Qui iustificatis impium pro muneribus · &
iustitiam iusti aufertis ab eo · Propter
hoc sicut deuorat stipulam & ligna ignis ·
& calor flammae exurit · sic radix eorum
quasi fauilla erit · & germen eorum · ut
puluis ascendet · Abiecerunt enim legem
dñi exercituum · & eloquium sc̄i israhel
blasphemauerunt · Ideo iratus est furor
dñi in populum · & extendit manum su
am super eum · & percussit eum · & contur
bati sunt montes · Et facta sunt mortici
na eorum · quasi stercus in medio platea
rum · In omnibus his non est auersus fu
ror eius · sed adhuc manus eius extenta ·

H CONTRA EPISCOP̄ MALE AGEN̄.
LICT̄ EZECHIELIS PROPH̄ ·
AEC DICIT DN̄S D̄S ·

UAE PASTORIBUS ISRAHEL · QUI
pascebant semetipsos · Nonne greges
pascuntur a pastoribus · Lac comedebatis · &
lanis operiebamini · Et quod crassum erat
occidebatis · gregem autem meum non pasce
batis · Quod infirmum fuit non consolidastis ·
& quod aegrotum · non sanastis · Quod fractu͂
non alligastis · & quod abiectum · non reduxi
stis · quod perierat non inquisistis · sed cum au
steritate imperabatis eis · & cum potentia ·
Et dispersae sunt oues meae · eo quod non es
set pastor · Et factae sunt in deuorationem
omnium bestiarum agri · & dispersae sunt ·
Errauerunt greges mei in cunctis montibus · &
in uniuerso monte excelso · & super omnem
faciem terrae dispersi sunt greges mei · & n͂
erat qui requireret · Non erat inquam qui
requireret · Propterea pastores audite uer
bum d͞i · Uiuo ego dicit d͞n͞s · quia pro eo

quod facti sunt greges mei in rapinam · & o
ues meae in deuorationem omnium bestia
rum agri · eo quod non esset pastor · neque
enim quaesierunt pastores gregem meum ·
sed pascebant pastores semetipsos · & greges
meos non pascebant · propterea pastores
audite uerbum dñi · Ecce ego ipse super
pastores · Requiram gregem meum de ma
nu eorum · & cessare eos faciam ut ultra non
pascant gregem · nec pascant amplius pasto
res semetipsos · Et liberabo gregem meum
de ore eorum · Et non erit eis · ultra in escā ·

ITEM ALIA · LECTIO EZECHIELIS
PROPHETE · HĘC DICIT DNS ·

ECCE EGO IPSE REQUIRAM OUES
meas · & uisitabo eas sicut uisitat pastor
gregem suum · In die quando fuerit in medio
ouium suarum dissipatarum · Sic uisitabo
oues meas · & liberabo eas de omnibus lo

cis in quibus dispersae fuerint· In die nu
bis & caliginis· Et educam eas de popu
lis· & congregabo eas de terris· Et inducā
eas in terram suam· & pascam eas in monti
bus israhel. Ait dns· omps· PRO ITER
AGENT· LECT· LIB GENISIS:

IN DIEBUS ILLIS· LOCUTUS EST DNS
ad abraham· dicens· Dns ds caeli qui tu
lit me de domo patris mei· & de terra na
tiuitatis meę· qui locutus est & iurauit
dicens· Semini tuo dabo terram hanc· Ipse
mittet angelum suum· coram te· LEGITUR
ITE ALIA QUANDO AD REGEM UEL PRINCIPE
LECTIO LIBRI GENISIS:

IN DIEBUS ILLIS· PROFECTUS EST
israhel cum omnibus quae habebat· & ue
nit ad puteum iuramenti· Et mactatis sibi
uictimis do patris sui isaac· audiuit eum
per uisionem noctis uocantem se· & dicen

tem sibi · Iacob · iacob · Cui respondit · Ec
ce assum · Ait illi ds · Ego sum ds fortissi
mus · ds patris tui · Noli timere · & descen
de in aegyptum · quia in gentem magnã
faciam te ibi · Ego descendam tecum illuc ·
& ego inde adducam te · reuertentem ·

AD MISSAM UOTIUAM

LECT · ISAIAE PPH · HEC DIC DNS DS
IN DIE ILLA DISERTUR MUNUS DNO
exercituum · & rex fortis dominabitur eo
rum · In die illa erit altare dño In medio
terrae · & titulus iuxta terminum eius ·
Et cognoscetur dns · & colent eum in ho
stiis & muneribus · & uota uouebunt dño
& soluent · Et reuertentur ad dnm &
placabitur eis · & sanabit eos · In die illa
erit israhel benedictio in medio terrae ·
cui benedixit dns exercituum · dicens ·
Benedictus populus meus · & opus manuũ

mearum · hereditas mea israhel · Dicit dns̄ omps̄ · ITAT · LECT · LIB MACHABEORŪ ·
Orationem faciebant sac̄ · RQ In ieiunio primi mensis ·
PRO SALUTE UIUI ·
LECTIO HIEREMIAE PROPHETAE ·
SI INIQUITATES NRAE CONTENderint contra nos · dn̄e libera nos · Quaesumus fac propter nomen tuum · quoniā multae sunt auersiones nostrae · Tibi peccauimus exspectatio israhel · saluator nr̄ In tempore tribulationis · Tu autem in nobis es dn̄e · & nomen tuum inuocatum est super nos · ne derelinquas nos · dn̄e ds̄ noster · ITEM UNDE SUPRA
LECTIO AD GALATAS · FRS ·
SI PRAEOCCUPATUS FUERIT HOMO In aliquo delicto · uos qui spiritales estis huiusmodi instruite · In spū lenitatis · Considerans te ipsum · ne & tu tempteris · Alter

alterius onera portate · & sic adimplebitis · legem xpi · PRO ELEMOSINAS FACIEN̄ ·

LECTIO AD CORINTHIOS · FRS ·

Qui parce seminat · RQ In nat̄ · s · laurentii ·

ITEM AT · LECTIO ISAIAE PROPH̄ ·

HOC EST IEIUNIUM QUOD ELEGI · dicit dn̄s · Dissolue colligationes impietatis · solue fasciculos deprimentes · dimitte eos qui confracti sunt liberos · & omne onus disrumpe · Frange esurienti panem tuum · & egenos uagosque induc in domum tuam · Cum uideris nudum operi eum · & carnem tuam ne despexeris · Tunc erumpet quasi mane lux tua · & sanitas tua · citius orietur · Et anteibit faciē tuam iustitia tua · & gloria dn̄i colliget te · Tunc inuocabis · & dn̄s exaudiet · clamabis · & dicet · ecce assum · Quia misericors sum · dn̄s ds̄ ur̄ · PRO INFIRMIS ·

LECT· EP· BEATI IACOBI APLI KMI·

TRISTATUR ALIQUIS URM·
oret aequo animo · & psallat · Infirma
tur quis in uobis · Inducat presbiteros ec
clesiae · & orent super eum · Unguentes
eum oleo In nomine dni · & oratio fidei sal
uabit infirmum · & alleuabit eum dns ·
Et si in peccatis sit · dimittuntur ei · Confi
temini ergo alterutrum peccata ura · & o
rate p inuicem · Ut saluemini ·

IN AGENDA MORTUORUM·

LECTIO LIBRI MACHABEORUM·

IN DIEBUS ILLIS · UIR FORTISSI
mus iuda collatione facta · duodecim
milia dragmas argenti misit hierosolimā·
offerre ea ibi pro peccatis mortuorum · Iu
ste & religiose · de resurrectione cogitans ·
Nisi enim eos qui ceciderant resurrectu
ros speraret · superfluum uideretur &

uanum orare pro mortuis. Sed quia con
siderabat quod hi qui cum pietate dormi
tionem acceperant optimam haberent
repositam gratiam. Sca ergo et salubris
cogitatio pro defunctis exorare ut a pec
catis soluerentur. UNDE SUPRA.

LECTIO AD THESSALON. FRS.

NOLUMUS UOS IGNORARE DE
dormientibus ut non contristemi
ni sicut et coeteri qui spem non ha
bent. Si enim credimus quod Ihc mor
tuus est et resurrexit ita et ds eos qui dor
mierunt per IHM adducet cum eo. Hoc
enim uobis dicimus in uerbo dni quia nos
qui uiuimus qui residui sumus in aduen
tu dni Ihu non praeueniemus eos qui
dormierunt. Quoniam ipse dns in iussu
et in uoce archangeli et in tuba di descen
det de caelo et mortui qui in xpo sunt.

resurgent primi· Deinde nos qui uiuimus
qui relinquimur· simul rapiemur cum illis
In nubibus obuiam xpo In aera· & sic semper
cum dno erimus· Itaque consolamini in
uicem· In uerbis istis·

ITEM UNDE SUPRA·
LECTIO AD CORINTH· FRS·

SICUT PORTAUIMUS IMAGINIM
terreni· portemus & imaginem caele
stis· Hoc enim dico fratres· quoniam ca
ro & sanguis· di regnum possidere non
possunt· neque corruptio· incorrupte
lam possidebit· Ecce mysterium uobis
dico· Omnes quidem resurgemus· sed non
omnes Immutabimur· In momento· in i
ctu oculi· in nouissima tuba· Canet enim
tuba· & mortui resurgent incorrupti·
& nos immutabimur· Oportet enim
corruptibile hoc induere incorrupti

onem · & mortale hoc · Induere immor
talitate · Cum autem hoc mortale indu
erit immortalitatem · tunc fiet sermo
qui scriptus est · Absorpta est mors in ui
ctoria · Ubi est mors uictoria tua? Ubi
est mors stimulus tuus? Stimulus autē
mortis peccatum est · uirtus uero pecca
ti · lex · Dō autem gratias · qui dedit no
bis uictoriam · Per ihm xpm · dnm nrm ·
LECTIO LIBRI APOCALYPSIS IOH
APOSTOLI · IN OI EB; ILLIS ·
AUDIUI UOCEM DE CAELO DICENTE ·
Scribe · beati mortui · qui in dnō moriun
tur · Amodo iam dicit sps · ut requiescant
a laboribus suis · Opera enim illorum · se
quuntur illos · IN UIG DEFUNCTORU
LECTIO LIBRI IOB ·
PARCE MIHI DNE · NIHIL ENIM
sunt dies mei · quid est homo quia

magnificas eum · aut quia ponis erga eum
cor tuum · Uisitas eum diluculo · & subi
to probas illum · Usque quo non parcis
mihi · nec dimittis me ut glutiam saliuã
meam · Peccaui · quid faciam tibi · O cu
stos hominum · quare me posuisti contra
rium tibi · & factus sum mihimetipsi gra
uis · Cur non tollis peccatum meum ·
& quare non auferS iniquitatem meam ·
Ecce nunc in puluere dormiam · & si mane
me quaesieris · non subsistam ·

LECTIO LIBRI IOB ·

TAEDIT ANIMAM MEAM UITAE
meae · dimittam aduersum me eloqui
um meum · Loquar in amaritudine
animę meae · dicam dõ · noli me conde
mnare · Indica mihi · cur me ita iudices ·
Numquid bonum tibi uidetur · si calumni
eris & opprimas me · opus manuum tu

arum· & consilium impiorum adiuues.
Numquid oculi carnei tibi sunt· aut sicut
uidet homo· & tu uidebis. Numquid
sicut dies hominis dies tui· & anni tui si
cut humana sunt tempora. Ut quae
ras iniquitatem meam· & peccatum me
um scruteris. Et scias quia nihil impiū
fecerim· cum sit nemo qui de manu tua
possit eruere·

LECT̄ LIBRI IOB

MANUS TUAE PLASMAUE
runt me· & fecerunt me totum
in circuitu· & sic repente praecipitas me.
Memento queso quod sicut lutum feceris
me· & in puluerem deduces me· Nonne
sicut lac mulsisti me· & sicut caseum me
coagulasti. Pelle & carnibus uestisti me·
ossibus & neruis compegisti me· Uitam
& misericordiam tribuisti mihi· & uisi

tatio tua: custodiuit sp(iritu)m meum.

LECTIO LIBRI IOB

RESPONDE MIHI QUANTAS HABEO iniquitates & peccata. scelera mea & delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis. & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod uento rapitur ostendis potentiam tuam. & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines. & consumere me uis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in neruo pedem meum. & obseruasti omnes semitas meas. & uestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum. & quasi uestimentum. quod comeditur a tinea.

LECTIO LIBRI IOB

HOMO NATUS DE MULIERE. BREUI uiuens tempore. repletus multis miseriis. Qui quasi flos egreditur & conteri

tur · & fugit uelut umbra · & numquam
In eodem statu permanet · Et dignum
ducis super huiuscemodi aperire oculos
tuos · & adducere eum tecum in iudicium ?
Quis potest facere mundum · de immundo
conceptum semine ? Nonne tu qui solus
es ? Breues dies hominis sunt · numerus
mensium eius apud te est · Constituisti
terminos eius qui praeteriri non poterunt ·
Recede paululum ab eo ut quiescat · donec
optata ueniat · sicut mercennarii dies eius ·

LECTIO LIBRI IOB ·

QUIS MIHI TRIBUAT UT IN INFER
no ptegas me · & abscondas me donec
pertranseat furor tuus · & consti
tuas mihi tempus · In quo recorderis mei ?
Putasne mortuus homo rursum uiuat ?
Cunctis diebus quibus nunc milito · exspe
cto donec ueniat Immutatio mea · Uo

243
248

cabis me & ego respondebo tibi· operi manuum tuarum porriges dexteram· Tu quidem gressus meos dinumerasti· sed parces peccatis meis·

LECTIO LIBRI IOB·

SPS MEUS ATTENUABITUR· dies mei breuiabuntur· & solum mihi super est sepulchrum· Non peccaui· & in amaritudinibus moratur oculus meus· Libera me & pone me iuxta te· & cuiusuis manus pugnet contra me· Dies mei transierunt· cogitationes meae dissipatae sunt· torquentes cor meum· Noctem uerterunt in diem· & rursum post tenebras spero lucem· Si sustinuero infernus domus mea est· In tenebris straui lectum meum· Putredini dixi· pater meus es· mater mea & soror mea· uermibus· Ubi est ergo nunc praestolatio mea· & pati

entia mea. Tu es dne ds meus.

LECTIO LIBRI IOB.

PELLI MEAE CONSUMPTIS CAR
nibus adhaesit os meum. & derelicta
sunt tantummodo labia circa dentes me
os. Miseremini mei. miseremini mei saltim
uos amici mei. quia manus dni tetigit me.
Quare persequimini me sicut ds. & carnibus
meis saturamini. Quis mihi tribuat ut
scribantur sermones mei. quis mihi det
ut exarentur in libro stilo ferreo. & plum
bi lamina. Vel certe sculpantur in silice.
Scio enim quia redemptor meus uiuit. &
In nouissimo die de terra surrecturus sum.
& rursum circumdabor pelle mea. & in car
ne mea uidebo dm. Quem uisurus sum ego
ipse. & oculi mei conspecturi sunt. & non
alius. Reposita est haec spes mea. In
sinu meo.

LECTIO LIBRI IOB.

QUID ENIM AD HOMINEM PER
tinet de domo sua post se · et si
numerus mensium eius dimidietur ?
Numquid dominum quispiam docebit scienti
am · qui excelsos iudicat ? Iste moritur
robustus et sanus · diues et felix · Uiscera
eius plena sunt adipe · et medullis ossa il
lius irrigantur · Alius uero moritur in
amaritudine absque ullis opibus · et tamen
simul in puluere dormient · et uermes ope
rient eos · Beati mortui · qui in domino
moriuntur ·

DOMINICA DE SCA TRINITATE ·
LECTIO AD ROMANOS · FRS ·



ALTITUDO
DIUITIARUM · SAPIENTIĘ
& scientiae dī · Quam incom
prachensibilia sunt iudicia eius.
& inuestigabiles uiae eius · Quis enim
cognouit sensum dnī · aut quis consi
liarius eius fuit · Aut quis prior dedit
ei · & retribuetur ei · Quoniam ex ipso
& per ipsum · & in ipso sunt omnia ·
Ipsi gloria · in saecula saeculorum ·

ITEM ALIA UNDE SUPRA ·

LECT̄ AD CORINTH̄ · FRS ·
GAUDETE · PERFECTI ESTO
TE · Exhortamini · Idem sapite ·
pacem habete · & ds dilectionis & pacis ·
erit uobiscum · Gratia dnī nostri ihu xpi ·
& caritas dī · Et communicatio sci sps ·
sit cum omnibus uobis ·

FERIA SECUNDA · DE SAPIENTIA ·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

IN DIEBUS ILLIS DIXIT SALOMON.

DS patrum meorum & dne misericor
diae. qui fecisti omnia uerbo tuo. & sa
pientia constituisti hominem. ut domina
retur creaturae tuae quae a te facta est.
ut disponat orbem terrarum in aequita
te & iustitia. & in directione cordis iudi
cium iudicet. Da mihi domine sedium tu
arum astitricem sapientiam. & noli me re
probare a pueris tuis. Quoniam ego ser
uus tuus sum. & filius ancillae tuae.

FERIA. III. DE DONO SPS SCI.

LECTIO AD CORINTH. FRS.

UNICUIQUE DATUR MANIFESTA
tio sps. ad utilitatem. Alii quidem per
spiritum datur sermo sapientiae. alii au
tem sermo scientiae. secundum eundem
spiritum. Alteri fides. in eodem spiritu.

Alii gratia sanitatum. In uno spu. Alii operatio
uirtutum. alii prophetatio. alii discretio
spirituum. alii genera linguarum. alii inter
pratatio sermonum. Haec autem omnia
operatur unus atque idem spiritus. Diui
dens singulis. prout uult. TERAGIA

FERIA IIII AD POST ANGELICAS IIS

LECTIO LIB APOCAL IOHANNIS APLI.

IN DIEBUS ILLIS. DIXIT MIHI ANGE
lus. Scribe. beati qui ad caenam nupti
arum agni uocati sunt. Et dixit mihi.
Haec uerba di. uera sunt. Et cecidi ante
pedes eius. ut adorarem eum. Et dixit mihi.
Uide ne feceris. conseruus tuus sum & fratrum
tuorum. habentium testimonium Ihu. dm
adora.

FERIA V. DE CARITATE.

LECTIO AD CORINTH. FRS.

CARITAS PATIENS EST. BENIGNA
est. Caritas non aemulatur. non

agit perperam· Non inflatur· non est ambi
tiosa· non quaerit quae sua sunt· Non irrita
tur· non cogitat malum· Non gaudet super
iniquitate· congaudet autem ueritati· Omnia
suffert· omnia credit· omnia sperat· omnia
sustinet· Caritas· numquam excidet·

FERIA SEXTA DE S. CRUCE·

LECT. AD GALAT. FRS·

MIHI ABSIT GLORIARI· NISI
in cruce dni nri ihu xpi· Per quem
mihi mundus crucifixus est· & ego mundo·

SABBATO DE SCA MARIA·

LECTIO LIBRI SAPIENTIAE

FORTITUDO ET DECOR INDUMENTUM
eius· & ridebit in die nouissimo· Os su
um aperuit sapientiae· & lex clementiae·
in lingua eius· Considerauit semitas domus
suae· & panem otiosa non comedit· Surre
xerunt filii eius· & beatissimam predica

uerunt · uir eius · & laudauit eam · Mul
tae filiae congregauerunt diuitias · tu
supergressa es uniuersas ·

247
252

